Septimo. Spes est certa expectatio future btitudinis ex dei gratia & cum proprijs meritis proueniens que non est de futuris per quam expectamus futuram resurrectionem mortuorum extremum generale iudicium / remunerationẽ bonorum / & pugnitionem malorum.

Octauo. Spes habet multos effectus A tribulatione libe rat. ps. In te domine sperauerunt patres nostri & liberasti eos. Exemplum de susanna & de daniele In aduersis confortat. Machabeorum. vij. Mater conspiciens septem filios suos sub vnius diei tempore pereuntes / equo animo ferebat propter spem quam habebat in deum. Saluationẽ prestat. ps. Oculi oim in te sperant & tu dñe das escam illorum in tempore oportuno. Mentem eleuat. Isay. Qui sperant in domino pennas assument & volabunt sicut aquile.

De caritate.

Nono. Caritas est dilectio qua diligitur deus propter se. Proximus propter deum & in deum / qua affectione deum videre & in eo frui summe desideramus. Diligitur autem deus propter amiciciam vel concupiscentiam. Per amiciciam diligit quis deum purissime respiciens non vtilitatem suam: sed tantummodo bonitatem dei. Per concupiscentiam diligit quis deum / quia remunerationem expectat habere a deo. Prima dilectio que est per amiciciam est perfectissima / & illa dilectione diligit homo plus deum q̄ seipsum.

Ecimo. Dilectio ꝓximi est necessaria ad salutem: debent eñ homīes se mutuo diligere quia omnes sunt membra vnius corporis christi mistici / quia vno spiritu sancto viuificantur ⁊ vniuntur spiritualiter quia vnam fidem habent qz vnuz baptisma perceperunt quia vnum habent patrem ⁊ dn̄m quia ad vnum regnum tendunt.

Ndecimo. Dilectionem proximi suadet illius nature / vnde quecunqz vultis vt faciant vobis homines hoc facite illis. ius nature ⁊ scripture veteris ⁊ noue. vnde Diliges dominum deum tuum ⁊c. ⁊ proximū sicut teipsum iudicat exempluz cuiuslibet rei create: quia in omni creatura / simile cōgaudet suo simili ⁊ omne animal diligit suum simile Multo fortius homo hominem / etiam malū hominem vel peccatorē debet diligere: sed peccatum quod in hoīe est diligi non debet sed odiri.

Uuodecimo. Multa sunt signa dilectionis vel amicicie dei vel proximi. Signa dilectionis

Amicus	Diligit qđ suus amicus diligit. Odit qđ suus amicus odit.
Amicus amici	Offensam cauet. Prosperitati congaudet. Aduersitati condolet. Presentia gaudet. De absentia condolet. Munera cara habet ⁊ non alienat. Consilijs acquiescit.
Amicus amico	Sine tedio obedit. Conatur placere. Timet displicere.
Amicus amicum	Libenter audit. Offensum placat. Tribulatum consolatur.

Amicus de amico — Libenter loquitur.
Frequenter cogitat.

Amicus ꝓ amico — Amicus ꝓ amico corp⁹ ꝛ bona exponit
Amicus ab amico fiducialiter petit.
Amic⁹ ad amiciciã amici alios trahit.

Ecimotercio. Quattuor virtutes superius nominate vocantur cardinales: quia sicut ostium in cardine voluitur ita in his voluitur seu vertitur ꝛ regitur vita hominis. Vocantur etiam pollicite quia homines polliũt ꝛ ornant. Dicũtur etiam humane quia humano studio acquiruntur. Appellantur etiam consuetudinales quia honestas humana se magis in istis exercitat sicut deuotio sctõꝝ exercitaẽ in virtutibus theologicis

De prudentia

Ecioquarto. Pria virtus cardinalis dĩ prudẽtia. Quedã eñ est prudẽtia cordis/ cuius est recte intelligere pñtia memorari pterita/ ꝛ ꝓuidere futura. Quedã est prudentia oris que consistit in moderatione sermonis: iuxta illud. Qui moderatur labia sua prudentissimus est. Tercia prudentia operis est hec ſm Tul. consistit in fuga mali ꝛ operatione boni: iuxta illd Declina a malo ꝛ fac bonum.

De temperantia

Ecimoquinto. Temperantia est virtus cardinalis ꝑ quã in nullo lex moderationis exceditur/ que habet quattuor species siue partes que sunt Clementia. Sobrietas. Continẽtia et Modestia. Clementia consistit vt animus in qualibet re irascibili ad iracundiam concitandus per clementiam refrenetur. Sobrietas consistit circa gustum/ in quo sobrietas ponit moderationem. Continentia constat circa tactũ qui habetur in vi generatiua/ in quo continentia ponit frenum. Modestia consistit in alijs tribus sensibus/ puta visu. auditu. olofatu. ꝛ in oĩbus alijs dictis vel factis exterioribus que restringunẽ per moderationem modestiã ꝛ debitum modũ.

De fortitudine

Ecimosexto. Fortitudo est virtus cardinalis per quã oĩa prospera vel aduersa fortiter tolerantur/ nihilq₃ timetur

nisi peccatum vel quid turpe. Prima enim pars est magnificentia que est circa magnas ꝛ excelsas res animi ampla cogitatio Secunda est fidentia per quam animus in magnis rebus fidenter collocatur. Tercia est patientia que est arduarum ꝛ difficilium rerum voluntaria expressio vel perpessio. Quarta est perseuerantia que est virtus in ratione bene fundata stabilis ꝛ perpetua mansio.

De iusticia.

Ecimoseptimo. Justicia ponitur virtus cardinalis que est constans ꝛ perpetua voluntas ius suum vnicuiq; prebēs. Eius partes seu species sunt / Religio / Pietas / Gratia / Vindicatio / Obseruantia / ꝛ Ueritas / Per has eni; species: deo sibi ipsi ac proximo reiq; publice tribuit quod suum est.

Decimooctauo. Uirtutibus vt superius declaratis debz homo habere quo ad potentias anime que sūt principales scilz voluntas / memoria / ꝛ intellectus. Et quo ad quinq; sensus corporales exteriores q̄ sūt / visus / auditus / olofatus / gustus / ꝛ tactus. Regi ornari atq; operari: alioquin homo non virtuosus sed viciosus habetur.

De decem preceptis decalogi

Rimo. Primum preceptum pertinet ad illud Dilige dominum deum tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua ꝛ ex tota mente tua. Diligendus enim est deus super omnia id est plusq; omnes res. ex toto corde id est ex toto intellectu absq; errore. ex tota anima id est ex tota voluntate absq; ꝯtraditiōe. ex tota mente id est ex tota memoria absq; obliuione. Primum preceptum huiusmodi continet istas clausulas. Non habebis deos alienos coram me: hic prohibetur adorari quecunq; creatura etiam angelica Non facies tibi sculptile. hoc est non facies ymagines ficticias que non representant aliquam rem naturalem neq; omnium solitudinem que in celo est desuper vt solis ꝛ lune ꝛ q̄ in terra est deorsum vt hominis bouis ꝛ similiū neq; eorum que sunt in aquis vt piscium Non ea adorabis scilz actu ex

teriori nec coles scilicet affectu. Ex his patet quod xpiani qui faciunt imagines sanctorum/non quidã ad orandum vel colenduz: sed ad memorandum non sunt ydolatrie.

Secundum preceptum.

Ecundo. Secundum preceptum est. Non assumes nomẽ dei tui in vanum. Hic prohibetur omne mendatium quod fit absque causa et etiam prohibetur omne periurium. qui enim iurat absque causa accipit nomen dei in vanum. qui summam veritatem nominat inaniter. et qui periurat eandem veriatem contempnit et eandem vult facere testem falsitatis. Qui etiam iurat per verba que sonant in blasphemiam: sicut qui iurat per intestina dei: etiam si iurat veritatem peccat grauiter: et etiam qui iurat per verba importantia irreuerentiam: vt puta qui iurat per vulnera christi. Dicitur etiam secundum moralem sensum assumi nomen dei in vanum corde. ore. et opere. Corde sunt sicut mali qui hoc nomen christi assumunt in vanum: quia sacramentum baptismi receperunt: sed non rem sacramenti idest gratiam non habent. Ore assumitur nomen dei in vanum mala iuratione vt dictum est. et etiam voti trãsgressione vana verbi predicatione indeuota oratiõe in qua dicitur. ps. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Opere sumitur nomen dei in vanum sicut ypocrite qui in simulatiõe operis exterioris non in pietate cordis sumunt nomen dei in vanum.

Tercium preceptum

Ercium preceptum est tale. Memento vt diem sabbati sanctifices. Non facies omne opus in eo. In hoc precepto est aliquid quod est morale vt vacare. i. intendere deo orando colendo et meditando que sunt in dictamĩe legis nature. Et ista hodie in lege christiana magis manent in virtute quam in veteri lege. Est aliud in hoc precepto quod est cerimoniale vt assignatio diei sabbati vel quod tali die fiet tale sacrificium. et talia post resurrectionem christi promulgatione euangelij cessant/imo qui ea seruaret aĩo seruandi legẽ antiquã peccaret. Istud aũt preceptũ põt acci

pi generaliter vt cessemus a vicijs. Secundo corporaliter vt cessemus a corporalibus operibus que impediunt intentionē seu vacationem ad deum. Tercio specialissime vt in viris contēplatiuis quia ab omnibus mundanis se separant ꝛ totaliter deo intendunt. Prima vacatio scꝫ a vicijs est necessaria: quia a vicijs omni tempore est cessandum. Secunda vacatio scꝫ a corporalibus operibus predictis hec est d'bita. Pro tercia ē perfecta. Quarto ſm ꝙ dies sabbati dicitur requies seu vacatio ad deum sic est dies dominica ꝛ quelibet alia festiuitas per ecclesias ad diuinā venerationem ordinata potest dici sabbati quia cessandum est in dictis festiuitatibus ab omni opere seruili idest a peccato ꝛ ab opere impediente vacationem ad deum. Opera autem quibus cessandum est in festiutatibus ꝛ etiam festiuitates que sunt colēde decēter lacius in titulo de festiuitatibus colendis habet.

Quartum preceptum

Quartum preceptum est. Honora patrem tuum ꝛ matrē tuam: ꝛ huic precepto additur vt sis longeuus super terram. ꝛ additur hac ratione: quia ꝯgruū est vt is qui honorat patrem ꝛ matrem ꝯseruet vitam eorum / vite sue proprie mereatur cōseruationem. In hoc mandato appellatur pater multipliciter Primo dicitur pater qui est principiū scꝫ per carnalem generationem quo ad esse nature vt pater carnalis. Secundo qui est principium per misterium generatiōis quo ad esse gratie vt spiritualis prelatus Sumitur etiam pater non solum ſm propriam rationem sed ſm coīmunem significationem vt pro rege que dicitur pater deffensiōe vel pro sene qui dicitur pater etate Sumitur etiam hic honorare patrem tam in exhibitione corporalis substentationis ꝙ̄ in reuerentia ꝛ obedientia

Quintum preceptum.

Quintum preceptum est. Non occides. Per hoc expressuꝫ homicidium prohibetur non solum publicū sꝫ etiā tacite prohibetur omnis motus ire contra proximū siue ille sit cordis tm̄ vt ira vel rancor. siue oris vt iniuria vel ꝯtumelia. siue operis vt percussio depilatio. Est autem iniusta occisio tripliciter Primo ex causa vt in illo qui occiditur sine causa iusta vł sine culpa

aut offensa. Secundo est iniusta occisio ex ordine vt cuz ille qui non est minister legis occidit. Tercio est iniusta ex animo vt cum minister legis occidit non amore iusticie sed vindicte libidine gratie vel odio vel fauore aut prece vel precio.

Exto. Duplex est genus homicidij Unū quod dicitur verum seu corporale cuz quis corporaliter occiditur. Aliud est interpretatiuū quod dicitur speciale quod fit multis modis Cuz quis videt proximuz suum in extrema necessitate si sibi nō subuenit ꝛ moriatur/ interpretatur eum occidisse. Alio modo cū quis odit in corde fratrem suum Iuxta illud. Qui odit fratrem suum homicida est. Alio modo detrahendo ꝛ diffamando proximum suum quia ille cui sic detrahitur seu qui diffamatur ab aliquo occiditur in conscientia illius qui audit diffamationem in qua conscientia audientis viuebat prius per bonaz famā. Alio modo fit homicidium . scilicet per malum exemplum quo quis prestat proximo suo male agendo vel male loquendo exempluz quia ille qui videt vel audit tale malum occasionem sumit sic male agendi.

Sextum preceptum

Eptimo. Preceptuz sextū est. Non mechaberis aut adulteraberis. In hoc precepto prohibetur omnis ꝯcubitus viri ꝛ mulieris preterꝙ copulatio per legitimam copulationez matrimonialem Et etiā prohibetur omnis illicitus vsus membrorum genitalium viri vel mulieris de quo potes videre supra in titulo de confessione in articulo. xxxv.

Septimum preceptum.

Ono. Preceptum septimum est. Non furtum facies. In hoc precepto prohibetur omnis illicita contractio rei aliene ex cupiditate proueniens. Contractio rei aliene licita potest esse tribus modis. Primo qn̄ nō fit ex cupiditate sed ex obedientia sicut filij israel contractando vel conferendo vasa egiptioruz ex precepto dei. Secundo qn̄ fit ad cautelam/vt si quis furetur gladium furiosi ne sibi vł alijs noceat. Tercio quando fit ex necessitate vt cum quis ad mortem esuriens furatur panem: quia in tali necessitate omnia sunt cōmunia.

Octauum preceptum

Ecimo. Octauum preceptum est Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. In hoc precepto prohibetur omne genus mendacij / quod mendacium est in triplici differentia. Est enim mendacium perniciosuz quod alicui nocet. Secundum est officiosum quod nemini nocet ꝛ alicui prodest Tercium est iocosum quod delectat / ꝛ omne tale mendaciū hic prohibetur. Includitur etiam in isto precepto tacere veritatem tempore / loco / vel causa / quibus proferenda est veritas. Quis enim interrogatus ꝛ permaxime a suo superiore non debet tacere veritatem quam nouit / quamuis interdum absqz interrogatione taceri potest ex causa.

Nonum ꝛ Decimū precepta

Ndecimo. Preceptum nonum ꝛ decimum sunt hec Nō concupisces domum proximi tui Neqz desiderabis vxorem eius. non seruum. non ancillam. non bouem. non asinum. nec omnia que illius sunt. In istis preceptis duo prohibentur Primo concupiscentia carnis in vxorem proximi / filiam / ancillam ꝛc. Secundo concupiscentia oculorum in re aliena: naz ad hec duo maxime natura corrupta humana inclinatur. Hic autem non prohibentur illi appetitus qui sunt ex prima delectatione sensualitatis / qui dicuntur primi motus: quia impossibile est quin tales motus non sint in nobis. Sed prohibentur illi motus qui sunt ex consensu rationis. Et quamuis ista duo precepta terminantur ad illa duo / tamen intelligitur hic prohiberi omnis concupiscentia male voluntatis.

De articulis fidei.

Rimo. Articuli fidei continentur in simbolo apostolorū Credo in deum ꝛc. quia quilibz de ipsis apostolis duodecim posuit vnam partem seu vnum articulum / propterea vocatur simbolum apostolorum.

Ecundo. Habendo respectū ad duodecim apostolos qui simbolum constituerunt seu condiderunt / tunc sunt tm̄ duodecim articuli cùm fuerint tm̄ duodecim apostoli qui predictū simbolum condiderunt. Si vero consideremus singulariter ea que sunt credenda / tunc sunt quattuordecim articuli fidei in di

cto simbolo comprehensi Quorum septem articuli pertinēt ad diuinitatem ꝛ septem ad christi humanitatem. Et hij quattuor decim significantur in Apocalipsi in septem stellis ꝛ septē candelabris aureis / in quorum medio filius hominis ambulabat. Describuntur aūt in sequenti parte dicti articuli ꝛ nomina apostolorum prout dictos articulos ediderunt.

Septem articuli pertinentes ad diuinitatem

Petrus	Primus articulus est vnum esse deū Qui notatur ibi Credo in deum Secundus est patrem esse deum qui notatur ibi Patrem omnipotentem
Andreas	Tercius est filium esse deum: ꝛ notatur ibi Et in ihesum christum filium eius vnicum dominum nostrum.
Bartholomeus	Quartus est spiritū sctm̄ esse deū: ibi Credo in spm̄ sanctū. Sic patet ꝙ isti quattuor p̄mi articuli sunt de vnitate essentie diuine ꝛ trinitate personarū
Simon	Quītus est credere remissionē pctōꝝ his q̄ sunt in vniuersali ecclia: ibi Sācta ecclia catholicā remissionē pcōꝝ.
Thadeus	Sextus est credere resurrectionē mortuoꝝ: ibi Carnis resurrectionem.
Mathias	Septimus est credere bonoꝝ remunerationē vł retributōē bonoꝝ sub quo cōprehēditur ꝛ ptinet malo ꝝ pugnitio: ibi cum dicitur Uitam eternam.

Et isti tres vltimi articuli ad diuinitatem pertinent pro eo qꝛ

virtute diuina fit peccatorum remissio / que est anime viuificatio et corporis resurrectio / atqꝫ corpis ⁊ aīe glorificatio seu pugnitio

Sequūtˀ septē articuli pertinentes ad xp̄i humanitatē

Jacobus maior — Primus est credere filium dei conceptuz de spiritusancto / ibi Qui conceptus est de spiritusancto. Secūdus est filium dei natum ex Maria virgine ibi Natus ex virgine maria.

Johannes — Tercius filium dei pro nobis mortuum in cruce / ibi Passus sub pōcio pilato crucifixus mortuus ⁊ sepultus.

Thomas — Quartus filium dei descendisse ad inferos / ibi Descendit ad inferna.

Matheus — Quintus filium dei resurrexisse tercia die / ibi tercia die resurrexit a mortuis.

Jacobus alphei — Sextus filiū dei ascēdisse ad p̄ris eqlitatem / ibi Ascendit ad celos sedet ad dexteram patris omnipotentis.

Philippus — Septimus filium iudicaturū bonos et malos / ibi Inde venturus iudicare viuos ⁊ mortuos.

Ercio. Duodecim app̄l'i ⁊ eoꝝ duodecim articuli sup̄dicti ꝓprijssime sunt figurati Josue. iij. vbi dī Idē p̄i ad iosue i. ad filiū. Elige tibi viros duodecim. i. duodecī ap̄l'os Luc. vj. Singulos p singulas tribꝰ ⁊ p̄cipe eis vt tollant de medio iordanis alueo. i. de media ꝓfūditate scp̄turaꝝ vbi steterūt pedes sacerdotū. i. affectꝰ sc̄tōꝝ patrū. xij. durissimos lapides. i. articulos fidei

qui infidelibus durissimi videntur/ac fidelibus etiam sunt durissimi .i. fortissimi et firmissimi sunt cum sint fidei firmum fundamentum/quos ponetis in loco castrorum vbi fixeritis hac nocte temptoria id est ecclesia que est castrorum vt acies ordinata in qua nocte presentis vite fideles figunt temptoria sua ad idem facere quod habetur de .xij. lapidibus Apocalipsis .xxj.

De simbolis fidei.

Quarto. Tria sunt simbola fidei. Primum est supra dictum simbolum apostolorum Scilicet. Credo in deum patrem etc. Quod factum fuit ad fidei instructionem. Secundum est simbolum niceni consilij .scilicet Credo in vnum deum patrem omnipotentem etc. Quod factum fuit ad fidei explanationem. Tercium est Athanasij scilicet Quicunque vult saluus esse Quod factum fuit ad fidei deffensionem. Simbolum niceni consilij dicitur in missa scilicet singulis diebus dominicis etiam si in die dominico fiat missa de quocunque sancto Et in festiuitatibus Natiuitatis. Circuncisionis. Apparitionis. Resurrectionis. Ascensionis domini. Penthecostes. Trinitatis. Corporis christi. Beati iohannis baptiste. In quinque festiuitatibus beate marie virginis et omnium euangelistarum atque apostolorum Et in festiuitatibus omnium sanctorum. In festis sancte crucis. Sancti michaelis. et quandocunque fit solenne festum /puta in festo dedicationis ecclesie et in festo patroni illius

Quinto. Simbolum apostolorum et predictos articulos fidei in eum comprehensos debent scire omnes christiani et firmiter credere Et quidam sacerdotes precipue curati debent illos articulos distincte explicite scire et alios docere et respondere de ipsis dum est opus Laicis vero sufficit quod sciant illos et credant implicite seu in generali id est quod credant omnes illos articulos quos sancta mater ecclesia credit. Omnes autem christiani tam sacerdotes clerici quam laici debent illos credere firmiter ac suo posse deffendere/ita quod deberent magis eligere se velle mortem sustinere corporalem quam aliquod de dictis articulis negare aut circa eos in aliquo scienter errare. Est enim catholica fides vsque ad proprij sanguinis effusionem inclusiue credenda et deffendenda.

De peccato in spiritumsanctum.

Rimo. Et quamquis omne peccatum sit contra deum trinum et vnum: tamen appropriate dicitur peccatum in patrem quod ex impotentia vel fragilitate cōmittitur In filium quod ex ignorantia cōmittitur. In spiritumsanctum quod cōmittitur ex malicia / hoc est quando homo agnoscit malum et facit ac potest resistere malo et tamen ex sola corruptione volūtatis malum eligit et peccatum committit

Ecundo. Peccatum in spiritumsanctum mere procedit ex improba voluntate proprij arbitrij et directe impugnat gratiam spiritussancti: ideo non habet colorem excusationis. quia quantum est de se directe est impugnatiuum medicine et remedij per quod habet fieri remissio peccati

Ercio. Peccatum in spiritumsanctum dicitur irremissibile in hoc seculo et in futuro non quia dimitti non possit sed propter quattuor rationes sequentes. Prima quia vix aut raro in hoc seculo quo ad culpam dimittitur aut modicum aut quasi nihil dimittitur in futuro seculo quo ad penam. Secunda quia non legitur dimissum propter quod dicitur irremissibile sicut melchisedech dicitur sine patre quia non legitur de suo patre. Tercia quia aduersatur fonte remissionis scilicet spūisancto. Quarta propter impotētiam hominis: quia vix potest se preparare ad gratiā quam tāta moles pctī premit.

Uarto. Sex sunt species peccati in spiritumsctm̄ scz desperatio / presumptio / impugnatio veritatis agnite / īuidētia caritatis fraterne / Obstinatio finalis / impenitentia.

Uinto. In remissiōe peccati tria sunt que principaliter attenduntur scz remittens / ille cui remittitur / et dispositio remittendi in eo cui remittitur. In ipso remittente duo sūt. scilz misericordia et iusticia. Contra primū. s. miām est desperatio. Cōtra secundū. s. iusticiam est presumptio. In eo cui remittitur duo sunt scz dolor de cōmissis et propositum de non amplius cōmit

tando. Contra primum scz dolorem de commissis est obstinatio Contra secundum propositum de non amplius cōmittendo est finalis impenitentia. Propterea dispositio remittendi in eo cui remittitur duplex est scilz cognitio veri ꝛ amor boni. Contra primum est impugnatio veritatis agnite. Contra secundum est inuidentia gratie ꝛ caritatis fraterne

Sexto. Notandum est ꝙ illa species peccati in spm̄ scm̄ q̄ dicitur finalis impenitentia non accipitur hic pro cōtinuatione peccati vsqꝫ in finem / de quo peccato etiam in fine non penitet: quia sicut in omni peccato in quo decedit vel incidit est finalis impenitentia negatiue quia non penituit: sed accipitur pro eo qui habet propositum nunq̄ꝫ penitendi ꝛ finaliter non penitet.

De peccato veniali.

Primo. Peccatum mortale ꝛ veniale in hoc differunt: q̄a mortale dicitur inordinatio ꝛ peruersio: ꝛ veniale dicitur inordinatio tm̄. quia mortale est aduersio totalis a deo incōmutabili bono ꝛ conuersio totalis ad creaturam bonam. Sed peccatum veniale est amor voluptatis in creatura citra deum tm̄.

Secundo. Peccatum veniale est ꝓm augustinum ꝙ hominem vsqꝫ ad reatum perpetue mortis non grauat sed penam meretur q̄ꝫuis faciliter indulgeatur

Tercio. Peccatū aliquod est veniale tribus modis. Prīo ex genere sicut verbum occiosum est veniale. Secundo ex euentu sicut per penitentiā de mortali fit veniale. Tercio ex causa vt quando fit ex ignorantia vel infirmitate.

Quarto. Inter veniala peccata computantur ꝓm Augustinum ꝛ Gregorium ea que sequūtur scz Quotiens quis de licitis plus loquitur q̄ꝫ oportꝫ: aut q̄s nō prelatus plus tacet q̄ꝫ oportet seu expedit. Quotiēs q̄s in cibo et potu ex appetitu nimio vel a quocūqꝫ casu non ex cōtēptu neqꝫ ad ebrietatē vel ingurgitationē plus accipit q̄ꝫ necesse sit vel necesse est Quotiēs q̄s inoportune pauperē petētē exasperat aspere vel dure respōdet

Cum quis somno deditus tardius surgit. Quotiens quis exceptis desiderio filiorum et causa debitum reddendi vxorem suaȝ cognouerit. Quotiens in carcere positos tardius requisierit ⁊ infirmos visitauerit. Si quis non prelatus discordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus proximum aut vxorem aut filium aut seruum exasperauerit q̄ȝ oportet. Si plus blandius fuerit q̄ȝ oportet. Si cuiq̄ȝ maiori persone ex voluntate non approbādo malū adulare voluerit. Si ꝓ pauperibus esurientibus nimium deliciosa vel sumptuosa conuiuia preparauerit. Si quis in ecclesia vel extra ecclesiam fabulis occiosis de quibus in iudicio ratio reddenda est se occupauerit. Si incaute dum iuramus ⁊ illud ex aliqua necessitate implere non valemus ⁊ periuramus. Cum ex facilitate vel temeritate non odio vel liuore alicui maledicimus quoniā scriptum est. Maledicti dei regnum non possidebunt. ⁊ similia/ puta acciduus/ occiosus/ sermo ĩmoderatus/ risus/ ⁊ etiam primi motus qui surgunt post primos motus naturales citra delectationem sunt peccata venialia ⁊ cetera superioribus similia.

Quinto. Peccatum veniale cum contritione eius absq̄ȝ cōfessione per multa tollitur. Peccata venialia tolluntur ꝑ omnia que gratiaȝ conferunt sicut ecclesiastica sacramenta gratiam conferentia. Secūdo tolluntur peccata venialia per omnia per que tolluntur impedimenta feruoris sicut per aquaȝ benedictam/ episcopalem ⁊ sacerdotalem benedictionem que virtutem reprimunt inimici. Tercio per exercitium humilitatis ex ꝑte nostra sicut percussio pectoris/ deuota oratio specialiter dominica Elemosina Jeiuniuȝ ⁊ alia huiusmodi opera bona. Et hoc verum est quia venialia tolluntur per predicta dum tamen mortalia non obsistant/ qui habet venialia non sit in pctō mortali.

De operibus misericordie.

Primo. In die iudicij iuxta euangelicam doctrinam filius hominis duȝ venerit in maiestate sua ⁊ omnes angeli cuȝ eo congregabuntur ante eum omnes gentes/ dicet hijs qui a sinistris erunt ⁊c. Esurij ⁊ non dedistis mihi manducare. De operibus misericordie potissime faciet mansionem. Sunt em̄ opera

misericordie que pro terrenis merentur celestia.

Secundo. Opera misericordie sunt. xiiij. scilicet septem spi ritualia et septem corporolia. Opera misericordie spiritualia sunt Peccantem corripere. Ignorantem docere. Dubitantem aut titubantem consulere. Mestum consolari. Delinquẽti ignoscere. Pro salute proximi exorare. Iniurias patienter tolerare. Et istud vltimum propterea dicitur opus misericordie: quia humilis patientia frangit iram aut fauorem iniuriãtis. Et hoc est furorem irati per patientiam mitigare. Opera misericordie corporalia sunt hec Visitare infirmos. Potare sitientes. Cibare esurientes. Redimere captiuos seu incarceratos. Vestire nudos. Colligere seu hospitare peregrinos. Et sepelire mortuos.

De quinqꝫ sensibus corporalibus exterioribus.

Primo quinqꝫ sunt sensus corporis exteriores scilicet Visu. Auditus. Odoratus. Gustus: et Tactus. Per hos eiñ quinqꝫ sensus qui sunt instrumenta virtutis sensitiue et motiue sunt tanqꝫ fenestre in domo per quas frequenter intrat mors i. mortale peccatum quod est mors anime. Unde scriptũ est. Intrauit mors per fenestras. id est per quiqꝫ sensus corporales exteriores quibus quis peccat scilicet. videndo. audiendo. odorando gustando. loquendo. palpando seu tangendo. et huiusmodi peccata interdum sunt venialia et interdum mortalia prout superius fuit dictuꝫ in titulis de peccatis mortalibus et venialibus.

De festiuitatibus.

Primo. Quedam sunt festiuitates que specialiter in iure exprimuntur in honorem dei et sanctoruꝫ introducte quarum quedam habent ieiunium prout hic sequitur. Natalis domini. cum ieiunio. Sanctorum stephani. Johannis euangeliste Innocentium. Siluestri. Epyphanie. Circuncisionis. Septem diebus dominice passionis. i. septimana sancta cum ieiunio. Resurrectionis cum ieiunio Sex diebus sequentibus ascensionem Penthecostes cum ieiunio cum duobus diebus qui sequũtur. Corporis christi. Inuẽtio sancte crucis. Natiuitas btĩ iohãnis baptiste cum ieiunio. Festiuitatum omniũ beate Marie virgi-

cum ieiunio in assumptione. Duodecim apostolorum. De apostolis fiunt ieiunia ex cõsuetudine ẜm versus seque͂tes. Petrus ⁊ andreas paulus cum simone iudas. Ut ieiunemus nos ãmonet atq₃ matheus. Beati laurencij cum ieiunio. Dedicatio beati michaelis. Solennitatis omnium sanctorũ cu₃ ieiunio Diebus dominicis.

Secundo. quod dictum supra de septimana sancta ⁊ sex diebus post pascha seruatur quo ad actus iuridiciarios in foro ecclesiastico quibusdã causis exceptis ĩ septimana sancta sola dies passionis dominice que est dies veneris sancta ãte pascha quo ad omnia extra iudicialia seruatur.

Tercio festiuitates quas singuli episcopi colendas in suis dyocesis ordinant debe͂t obseruari. Unñ in dyoc. lingone͂sis festiuitates infra scripte tam episcoporum constitutionibus q͂₃ ex antiqua ⁊ cõmuni obseruantia vltra festiuitates a iure statutas superius expressas solent obseruari / Puta Sanctoru₃ hylarij ⁊ remigij. Sãctorum geminorum. Anthonij. Vincentij. Conuersio sancti pauli. Blasij. Cathedra sancti petri. Johannis ante portam latinam. Gengulfi. Desiderij. Ferreoli. ⁊ ferrucij. Marie magdalenes. Aduincula sancti petri. Mammetis. Decollatio sancti iohannis baptiste. Exaltatio sancte crucis. Leodegarij. Translatio sancti mãmetis. Valerij. Martini episcopi. Bricij. Clementis. Katherine. Nicolai Et in qualibet parrochia festiuitas sc͂ti patroni illius ecclesie parrochialis deb₃ a parrochianis obseruari.

Quarto. Inter dictas festiuitates superius proxime expressas seu scriptas sunt quedam que ab omnibus generalit͛ obseruantur / Puta sanctoru₃ vincentij. Cõuersionis sancti pauli. Cathedra sancti petri. Johannis ante portã latinã. Desiderij Marie magdalenes. Aduincula sancti petri. Mammetis. Decollatio sancti iohannis baptiste. Translatio sancti mammetis. Martini ⁊ Cleme͂tis. Alias vero festiuitates quelib₃ parrochia

seruet si ꝛ prout ab antiquo consuetum est.

Uinto. Homines vtriusqꝫ sexus in festis debent esse plurimum intenti diuinis/puta orando ecclesiastica officia ꝛ diuina. ac sermones verbi dei audiendo de deo ꝛ de sanctis loquendo. Et vt hijs rebus melius possint intendere debent abstinere ab omni opere seruili ꝛ potissime a peccato: quia grauius peccat qui peccat in festo/puta furatur vel fornicatur qꝫ qui in alijs diebus hoc facit

Exto. In festis debent homines cessare a mechanicis operibus. hoc est artificialibus. ꝛ ab agricultura neqꝫ fiat mercatū vel placitum neqꝫ aliquis ad mortem iudicetur. Processus enim iudiciarius in festis factus nō tenet etiam si d̄ consensu ptium fiat nisi necessitas vrgeat vł pietas suadeat/puta si causa esset debilium personarum.

Eptimo. In festis licite pn̄t fieri ea q̄ ptinēt ad puisionē necessarioꝝ vite vł sanitate hoīm/puta vēdere carnes panem. vinū. curare infirmos. vitare periculū mortꝭ vł corpis lesionis. vel aduersus magnū periculū vel damnū reꝝ occurrere. puta incendiū ꝛ hijs similia dum tn̄ talia fiant pro tali necessitate q̄ non potest alio modo succurri vite sanitati aut alijs periculis imminentibus/ꝛ q̄ propter predictis nō obmittitur missa vł dininum officium quantum fieri potest: ꝛ non fiant predicta principaliter pro cupiditate sed pro subueniēdo necessitati occurrēti.

Ctauo. Potest episcopus dare licentiaꝫ in aliquibus mediocribus vel modicis festiuitatibus operandi in agroꝝ vel vinearum cultura ꝛ fructibus fenationū. messiū. ꝛ vinearū recolligendum ꝛ pro reparationibus ecclesiarum ꝛ locoꝝ religiosorum vel pro republica prout ipse videbit q̄ ex qualitate temporis vel alia causa necessitatis vel vtilitatis exposcit. Cum autē dabitur hec licentia iniungatur aliquid dari in fabricis ecclesiarum⁹ pro luminaribus ad honorē illius festiuitatis in qua fiet opus predictum.

Dno. Ut nomina sanctorum que describuntur in kalendario ecclesie lingonensis per ciuitatem et dyocesam lingon. debitis prout decet gaudeant honoribus. Et vt nullus sua propria auctoritate vel potius temeritate audeat aliquid mutare in kalendario predicto vel nomina sanctorum non assueta assumere/ duximus hic exprimenda huiusmodi nomina sanctorum per singulos dies mensium in quibus de ipsis officium est faciendum et dicendum. Quorundam autem sanctorum seu festiuitatum officium debet esse solenne. Quorundã vero duplex Et aliquorum .ix. lec. Aliquorũ etiam officium fit per oct. Et aliquorum officium fit ferialiter vt in sequenti apparebit.

Kalendarium scdm vsum ciuitatis et dyocesis lingonensis compilatum per ordinem mensium prout sequitur.

Kalendarium

A prima die Festum circũcisionis dñi. duplex.
b ij. Oct. sancti stephani. ix. lec. si sit in die dominica alioquin .ix. ps. et .iij. lec.
c iij. Oct. sctĩ iohãnis euãgel. fit vt de sctõ stephano
d iiij. Festũ sctĩ gregorij epĩ lingoñ. duplex.
f vj. Epiphania dñi. duplex habet octa.
c x. Sancti pauli primi heremite. ix. lec.
f xiij. Oct. epiphanie. ix. lec. Remigij et hilarij. pfe. cõ.
g xiiij. Felicis epi et mar. in pinc. bog.
A xv. Suplicij epi et pfes. ix. lec. Boniti epĩ. cõ.
b xvj. Marcelli pape et mar. bog.
c xvij. Sanctorum geminorum. duplex. Eodem die festum anthonij et transfertur in diem sequentem. ix. lec.
d xviij. fit festũ beati anthonij. Prisce virginis. cõ.
e xix. Desiderij epi lingoñ. duplex
f xx. Fabiani et Sebastiani marti. ix. lec.
g xxj. Agnetis virginis et mar. ix. lec.
A xxij. Uincentij mar. ix. lec.
b xxiij. Urbani epĩ lingoñ. ix. lec. Eodem die Emeranciane virginis. cõ.
c xxiiij. Thimothei epĩ et mar. bog.

d	xxv.	Conuersio sancti pauli apli.	ix.lec.
Eodem die Proiecti epi.mar.			côme.
e	xxvj.	Policarpi epi ⁊ mar.	ix.lec.
f	xxvij.	Johânis epi. bog. Juliani epi.	cõ.
g	xxviij.	Johannis abbatis. ix.lec. Agnetis.2.cõ.	

Mensis februarij.

d	j.	Ignacij epi ⁊ mar.ix.lec. Brigide virginis.cõ.	
e	ij.	Purificatio bte Marie virgis. duplex. hz oct.	
f	iij.	Blasij epi ⁊ mar.	ix.lec.
A	v.	Agathe virginis ⁊ mar.	ix.lec.
b	vj.	Vedasti ⁊ amandi epoꝝ.	cõm.
c	vij.	Helene regine.	cõm.
e	ix.	Octa.purificatõis beate Marie.	ix.lect
f	x.	Scolastice virginis.	bog.
c	xiij.	Valentini marti.	bog.
e	xvj.	Juliani virginis.	bog.
d	xxij.	Cathedra sancti petri.	ix.lec.
f	xxiiij.	Mathie apli. duplex. qñ non est bissextus: sed	

quando est bissextus festum celebratur.xxv.die.Fit autem bissextus de quattuor annis in quattuor annos scilicet quotiens in festo sancti mathie anni a natiuitate domini possunt diuidi per quattuor partes equales tuncillo anno est bissextus/vt puta anno presenti videlicet anno domini curreñ.millesimo quadringẽtesimo quarto sm computationez ecclesie gallicane currebat annus ab incarnatione domini millesimus quadringentesimus tercius.Dicitur autem bissextus quia in anno bissextili super illa littera f.vbi in kalendario scribitur festum mathie computantur duo dies ⁊ in secunda die que est.xxv dies dicti mensis februarij illud idem festum sancti mathie celebratur:⁊ in illo ãno bissextili mensis februarij habet.xxix.dies:⁊ in alijs ãnis nõ bissextilibus habet tm̃.xxviij.

Regula certa ad inuenien
dum septuagesimam

Tem in dicto mẽse februarij singulis annis vt plurimũ occurrit dñica que dicitur septuagesime per quã habetur

initium festorum mobilium. & ab illa dominica septuagesime vsq; ad pascha in officijs ecclesiasticis obmittuntur cantus leticie. Non dicitur Te deum laudamus. Gloria in excelsis. neq; Ite missa est. neq; Alleluya. Et cessant benedictiones nuptiales vsq; post oct. pasche. In quolibet anno inuenies dominicam septuagesime per huncmodum videlicet/vide in die epyphanie domini quota est luna a die primationis & computa incipiendo a dicta die primationis per sequentes dies. xl. quando non est bissextus vel. xlj. quando est bissextus & in die dominica sequente. illos. xl. dies: vel. xlj. si fuerit bissextus erit septuagesima. Et si numerus. xl. dierum vel. xlj. cadat in die dominica: tunc in sequen. dominica erit septuagesima. Exemplum in presenti anno millesimo quadringentesimo quarto. s'm computationem ecclesie gallicane computando in die epyphanie luna erit secunda: tunc incipe computare super die epyphanie domini/ dicendo tres et sequenti die quattuor &c. & tunc inuenies q' in duodecima die februarij cadant dicti. xl. dies & die. xv. dicti februarij que est dominica sequens dictos. xl. dies erit dominica septuagesime. Inde computa tres septimanas & habebis dominicam primam quadragesime. Et a prima dominica quadragesime inde computa sex septimanas & habebis pascha. Et a die pasche inde computa quinq; septimanas & habebis dominicam ante ascensionem domini. Et die iouis sequen. erit ascensio domini. Et a dicta dominica ante ascensionem domini computa quindecim dies & habebis festum sancte penthecostes.

Mensis marcij

c vij.	Perpetue & felicitatis. cõ. tm̃ q: ĩ quadragesima		
A xij.	Gregorij pape.	duplex	
c xxj.	Benedicti abbatis.	ix. lec.	
g xxv.	Annunciatio dominica	duplex	

Et nota si euenerit in die mercurij hebdomade sancte vel aliis diebus /post octa. pasce transfertur. Et sic facies de quocunq; alio sancto tempore hm̃oi superuenienti.

Mensis aprilis

c	iiij.	Ambrosij epi ꝛ ꝯfes.	duplex
f	xiiij.	Tiburcij ꝛ valeriani mar.	com.
A	xxiij.	Georgij mar.	duplex
c	xxv.	Marci euangeliste.	duplex
d	xxvj.	Translatio sancti benigni mar.	ix.lec.
f	xxviij.	Vitalis mar.	feri.
g	xxix.	Roberti abbatis.	fer.
A	vltia die	Eutropij epi ꝛ martiris.	ix.lec.

Festum pasche quod frequenter euenit in mense aprilis ꝛ aliquando in mense marcij / est festum solenne: ꝛ habet octa. Et nota ꝙ a die mercurij ante pascha vsqꝫ post octa. pasche non fit de aliquo sancto. Et die lune. martis. ꝛ mercurij post pascha est officium duplex.

Mensis maij

b	j.	Philippi ꝛ iacobi aploꝝ. dup. Amatoris epi. cō.	
c	ij.	Athanasij epi.	feri.
d	iij.	Inuentio sancte crucis.	duplex
Eodē die		Euencij. alexandri. ꝛ theodoli martiꝝ	cō.
g	vj.	Johannis ante portam latinam. duplex. habet octa. in ecclesia cathedrali lingoñ. tm̄.	
c	ix.	Translatio sancti nicolai epi ꝛ ꝯfes.	ix.lec.
d	x.	Gordiani ꝛ epymachi mar.	cō.
e	xj.	Gengulfi mar. duplex. ꝛ feriatur in ciuitate tm̄.	
f	xij.	Nerei. archillei. ꝛ pancracij mar.	cō.
g	xiij.	Octa. sancti iohannis añ portā latinā. ix.lec.	
A	xiiij.	Victoris ꝛ corone mar.	ferialiter.
c	xvj.	Fidoli confes.	fer.
f	xix.	Yuonis ꝯfes.	ix.lec.
c	xxiij.	Desiderij epi lingoñ. cū suis socijs	duplex
e	xxv.	Vrbani pape.	feri.
b	xxix.	Vinebandi ꝯfes.	ix.lec.

d	vltia die	Petronille virginis.	fer.

Festum ascensionis dñi qđ aliqñ euenit in mense maij est festū duplex ꝛ habet octa. ꝛ fit de sanctis qui eueniunt vel inueniunt infra dictas oct.

Mensis Junij.

f	ij.	Marcelli ꝛ petri martiꝝ	fer.
g	iij.	Herasini epi ꝛ mar.	fer.
b	v.	Bonifacij mar.	fer.
c	vj.	Claudij epi ꝛ ꝯfesso. ix. lec.	Philippi mar. cō.
e	viij.	Medaldi ꝛ gildaldi epo.	fer.
f	ix.	Primi ꝛ feliciani mar.	fer.
A	xj.	Barnabe aplī.	duplex
b	xij.	Basilidis cirini narboris nazarij ꝛ celsi ma.	fer.
d	xiiij.	Basilij epi ꝛ ꝯfes.	fer.
e	xv.	Victi mar.	fer.
f	xvj.	Ferreoli ꝛ ferrucij martiꝝ	duplex.
Eodem die		Veroli confes.	cōme.
A	xviij.	Marci ꝛ marcelliani mar.	feri
b	xix.	Geruasij ꝛ ꝓthasij mar.	feri.
e	xxij.	Achacij cū soc. mar. ix. lec.	Paulini epi. cōme.
g	xxiiij.	Natiuitas btī iohānis baptiste. duplex. hꝫ oct.	
A	xxv.	Eligij epi. ix. lec. Gallicani mar.	cōm.
b	xxvj	Johannis ꝛ pauli mar.	ix. lec.
d	xxviij.	Oct. sctī iohānis hyrenei cū so. m. Leōis pa. cō	
e	xxix.	Petri ꝛ pauli aploꝝ. duplex.	habet octa.
f	vltia die	Cōmemoratio beati pauli.	duplex

Festum penthecostes quod euenit semper in istis duobus mensibus precedentibus est festum solenne Et habet oct. In quibus oct. nō fit de aliquo sctō sed trāsferuntur festa. ix. lect. que eueniunt infra istas oct. vsqꝫ post istas oct. nisi esset festū sctī patroni ecclesie. Die vero lune martis ꝛ iouis post penthecosten est officium duplex. Et diebus mercurij veneris et sabbati sunt ieiunia quattuor temporum. Et dominica post pēthecostē fit festum sancte trinitatis duplex. Et die iouis post festuꝫ sancte trinitatis fit festum de sacramento corporis christi sollenniter

z habet oct. Et nota q dies dominica post festum corporis christi licet sit in oct. corporis christi tamen ipsa dominica computatur prima dominica post trinitatem quo ad euangelia z historias legendum vsqz ad aduentum domini

Mensis Julij

e	j. die.	Octa. scti iohānis baptiste. ix. lect.	Theobaldi

pfes. transferturin diem sequentem pter octa.

A	ij.	Theobaldi pf. ix. lec. Processi z martiniāi. m. p.	
b	iij.	Translatio sancti thome apli.	ix. lec.
c	iiij.	Translatio sancti martini epi.	ix. lec.
e	vj	Octa. aplo petri z pauli.	ix. lec.
f	vij.	Martialis epi z pfes.	ix. lec.
A	ix.	Effrem pfes.	bog.
b	x.	Septem fratrum.	bog.
c	xj.	Translatio sancti bndicti abbatis.	ix. lec.
e	xiij.	Margarite virginis z mar.	ix. lect.
A	xvj.	Alexij pfes.	ix. lec.
c	xviij.	Arnulphi epi z pfes.	bog.
d	xix.	Arsenini abbatis.	bog.
f	xxj.	Praxedis virginis	bog.
g	xxij.	Marie magdalene. duplex.	habet octa.
A	xxiij.	Appolinaris epi z mar.	ix. lec.
b	xxiiij.	Prisce virginis.	com.
c	xxv	Jacobi apli. duplex Xpofori mar.	cō.
e	xxvij.	Anne matris virginis Marie	ix. lec.
f	xxviij.	Nazarei celsi. z penthaleonis. mar.	ix. lec.
g	xxix.	Octa. sancte marie magdalene.	ix. lec. Eo-

dem die felicis faustini supplicij z beatricis. mar. cōm.

A	xxx.	Festū reliquia. duplex. Abdon z sennes. m. cō.	
b	vltīa die	Germani epi z pfes.	ix. lec.

Mensis augusti.

c	j. die	Aduincula scti petri. ix. lecti. Machabeo. cō.	
d	ij.	Stephani pape z mar.	bog.
e	iij.	Inuentio sancti stephani pthomar. ix. lec.	
f	iiij.	Iusti archiepi lugdunen.	ix. lec.

Eodem die Justini mar. com.

g	v.	Dñica ꝯfes. ix. lec. Cassiani ꝛ mēmij ꝯfes.	cōm
A	vj.	Transfiguratio domini.	duplex
Eodem die Sixti felicissimi ꝛ agapiti. mar.			cōm.
b	vij.	Donati epi ꝛ mar.	bog.
c	viij.	Ciriaci mar. cum socijs	bog.
d	ix.	Romani mar.	bog.
e	x.	Laurencij mar. duplex habet octa.	
f	xj.	Tiburcij mar.	bog.
g	xij.	Corone dñi. duplex Machari abbatꝭ. cō.	
A	xiij.	Ypoliti mar.	bog.
c	xv.	Assumptio beate Marie. solenne. habet oct.	
e	xvij.	Mēmetis mar. solenne sine octa.	
f	xviij.	Agapiti mar.	cōm.
g	xix.	Magni mar.	cō.
A	xx.	Bernardi abbatꝭ. ix. lec. Philiberti abbatꝭ. cō.	
b	xxj.	Priuati martiris.	cō.
c	xxij.	Octa. assumptionis beate marie.	ix. lec.

Eodem die Thimothei ꝛ simphoriani mar. ix. lect. ꝛ transferuntur in diem sequentem.

d	xxiij.	Thimothei ꝛ simphoriani.	ix. lec. Eo

dem die appollinaris ꝛ thimothei mar. cō.

e	xxiiij.	Bartholomei apl'i	duplex.
f	xxv.	Eusebij. pōciani. pegrini. m̄. ix. le. Ludouici ꝯf. ꝯ	
g	xxvj.	Dedicatio ecclesie lingoñ. solenne festum in ea	

dem ecclesia: sed in alijs nihil fit de dedicatione sancti māmetis quia quelibet alia ecclesia debet facere festum sue dedicationis tempore ꝛ die quo occurrit. Et nota ꝙ festa dedicationum ecclesiarum habent octa.

A	xxvij.	Ruffi mar.	cō.
b	xxviij.	Augustini epi. duplex. Hermetis mar.	cō.
c	xxix.	Decollatio sancti iohannis baptiste.	ix. lec.
d	xxx.	Felicis ꝛ audacti martir.	cōme.
e	vltīa die	Lazari mar. duplex. Paulini epi ꝛ ꝯfes.	cō.

Mensis septembris

f j. Egidij abbatis .ix.lec. Prisci mar. com.

g ij. Octa.dedicationis.ix.lec. Iusti epi. com.

A iij. Mansueti epi ꝛ ꝯfes. bog.

b iiij. Marcelli mar. bog.

c v. Inuentio sctõꝝ ferreoli ꝛ ferrucij mar. ix.lec.

e vij. Regine virginis ꝛ mar.ix.lec.si sit dñica.al's.ix.

psal'.ꝛ tres lect.Eodem die Enulcij epi ꝛ ꝯfess. cõ.

f viij. Natiuitas v.Marie.dup.hꝫ oc.Adriani.m.cõ.

g ix. Gorgonij mar. cõ.

b xj. Prothi ꝛ Iacincti mar. cõ.

c xij. Ciri epi ꝛ ꝯfes. cõ.

e xiiij. Exaltatio scte crucis.ix.lec Cornelij.ꝛ cipriani.m.cõ.

f xv. Octa.bte Marie.ix.lec. Nichomedis mar.cõ.

g xvj. Lucie ꝛ geminiani mar.bog. Eufemie vg.cõ.

A xvij. Lamberti epi ꝛ mar. bog.

b xviij. Inuentio sanctoꝝ geminoꝝ ix.lec.

c xix. Sequani abbatis ix.lec.

e xxj. Sancti mathei apli duplex

f xxij. Mauricij cũ socijs mar. duplex

g xxiij. Tecle virginis. bog.

A xxiiij. Andochij tirsi ꝛ felicis mar. bog.

b xxv. Cleophe mar. bog.

c xxvj. Cipriani mar.bog. Iustine virginis.cõm.

d xxvij. Cosme ꝛ damiani mar. bog.

f xxix. Sancti michaelis archangeli. duplex.

g xxx. Ieronimi presbiteri. duplex.

Nota ꝙ in hoc mẽse septẽbri .s.die mercurij veneris ꝛ sabbati post exaltationẽ sancte crucis sunt ieiunia quattuor temporum

Mensis octobris.

A j. Germani ꝛ remigij ꝯfes. ix.lec.

b ij. Leodegarij epi ꝛ mar. duplex

c iij. Piati mar. ix.lec.

d iiij. Francisci ꝯfes. ix.lec.

f vj. Fidis vg.ꝛ mar.fe.cũ legẽda ꝓpria:si sit dñica.cõ.

g	vij.	Marci pape ꝛ mar.	bog.
b	ix.	Dyonisij epi ꝛ mar. cū socij s.	ix. lec.
c	x.	Translatio sancti mametis. duplex.	habet oct.
d	xj.	Viuadi ꝯfes.	ix. lect.
f	xiij.	Girardi ꝯfes.	com.
g	xiiij.	Calixti pape ꝛ mar.	cōm.
A	xv.	Bassoli ꝯfesso.	ix. lec.
b	xvi.	Bercharij mar. ꝛ Bolonie virgīs	com.
c	xvij.	Octa. sancti mametis.	duplex
Eodem die Marthe.			com.
d	xviij.	Luce euangeliste.	duplex
e	xix.	Sauiniani epi ꝛ mar. cū soc.	bog.
g	xxj.	Hilarionis monachi.	ix. lec.
A	xxij.	Valerij marti.	duplex
b	xxiij.	Seuerini. epi ꝛ ꝯfes.	bog.
d	xxv.	Crispini ꝛ crispiniani mar.	fer.
f	xxvij.	Florencij mar.	ix. lec.
g	xxviij.	Simonis ꝛ Jude aploꝝ.	duplex.
A	xxix.	Narcisci epi ꝛ ꝯfes.	fer.
c	vltīa die	Quintini mar.	ix. lec.

Mensis nouembris.

d	j. die	Festiuitas oīm sctoꝝ. solēne.	habet octa.

e ij. Cōmemoratio defunctoꝝ. ix. le. Et si veniat ī die dñica transfertur in die lune: ꝛ tunc in die dñica fit festuꝫ sancti Benigni.

f	iij.	Sancti benigni mar.	duplex.
g	iiij.	Amancij epi ꝛ ꝯfes.	cōm.
A	v.	Malachie epi ꝛ ꝯfes.	cōm.
b	vj.	Trāslatio sancti gregorij epi lingonē. ix. lec.	
d	viij.	Oct. oīm sctoꝝ. ix. lec. Quattuor coronatoꝝ. cō.	
e	ix.	Theodorij mar.	fer.
f	x.	Martini pape ꝛ mar.	bog.
g	xj.	Martini epi ꝛ ꝯf. duplex. hꝫ oct. Mēne. mar. ꝯ.	
b	xiij.	Brictij epi ꝛ ꝯfes.	ix. lect.
f	xvij.	Aniani epi ꝛ ꝯfes.	ix. lec.

g	xviij.	Octa.sancti martini.	ix.lec.
A	xix.	Elisabeth.	feri.
c	xxi	Colūbani abbatꝭ.	fer̄.
d	xxij.	Cecilie virgi. ⁊ mar.	ix.lec.
e	xxiij.	Clemētꝭ pa.⁊ mar.ix.lec.Felicitatꝭ v̄g.⁊ mar.cō.	
f	xxiiij.	Grisogoni mar.	feri.
g	xxv.	Katherine v̄g.⁊.ma.duplex.Petri.ep̄i.⁊ m̄.cō.	
A	xxvj.	Lioni pape ⁊ mar.	fer̄.
b	xxvij.	Agricole ⁊ vitalis mar.	ix.lec. Eo

dem die Maximi ep̄i. com.

d	xxix.	Saturnini ep̄i.⁊ mar.	bog.
e	vltīa die	Andree apl'i.	duplex.

December

f	j.die	Eligij ep̄i.⁊ ꝯfes.	ix.lec.
d	vj.	Nicolai. ep̄i ⁊ ꝯfes.	duplex.
f	viij.	Conceptio btē Marie virginis	duplex
d	xiij.	Lucie virginis ⁊ mar.	ix.lec.
g	xvj	Barbare virginis ⁊ mar.	duplex
e	xxj.	Thome apl'i	duplex
b	xxv.	Natiuitas dn̄i. solenne. habet octa. Eodem	

die Anastasie virginis ⁊ martiris. cō.in missa tm̄

c	xxvj.	Stephani.ꝓthomartiris.	duplex.habet octa.
d	xxvij.	Johannis euāgeliste.	duplex. habet octa.
e	xxviij.	Innocentium.	duplex habet octa.
f	xix.	Thome ep̄i ⁊ mar.	ix.lec.
A	xxx.	Siluestri pape ⁊ mar.	ix.lec.

In hoc mense decembris scilicet diebus mercurij veneris ⁊ sabbati post sanctam luciam sunt ieiunia quattuor temporum.

De vita moribus ⁊ honestate sacerdotū ac ludis ꝓhibitis.

Rimo mores ⁊ honestates sacerdotum potissime fundā tur super interiori homine ⁊ virtute animi eius vt sint in omībus virtuosi. Et virtutes de quibus supra fit mencio semp in corde ⁊ in intentione gerant/ viciaqꝫ superius expressa ⁊ alia detestantur ⁊ fugiant.

Ecundo. Honestas ⁊ mores sacerdotū ꝯsistunt in exterio

ribus extra animā consistentibus: ⁊ illa sunt quasi infinita que vix possent numerari: sed tamē illa exteriora omnia possunt faciliter comprehendi ⁊ reduci ad septem membra in quibus cōsistit honestas clericorum.

Consistit honestas sacerdotum	In officio ⁊ servicio divino ⁊ sacroꝝ administratione. In lingua ⁊ verborum prolatione. In habitu ⁊ gestu. In cibo ⁊ potu. In secularibus negocijs. In consortio ⁊ personis In ludis prohibitis.

Uo ad primum De divino officio ⁊ sacramentorum administratione/ sit sacerdos devotus in his que spectāt ad dominum/ ⁊ cum omni reverentia ⁊ humilitate tam gestu sui corporis q̄ȝ in verbo ⁊ opere faciat ⁊ dicat divinum officium et horas seu officium suuȝ privatum/ ⁊ ecclesiastica ministret sacramenta sinceriter plane ⁊ distincte/ non transcurrendo seu sincopando aut detruncando aut verba extranea intermiscendo. Sed verba omnia ⁊ alia que incumbunt integraliter proferat et peragat ac intentionem habeat ad deum elevatam: ⁊ taliter se habeat in predictis q̄ sua devotione ⁊ humilitate ceteros ꝓvocet ad devotionem ⁊ reverentiam officij divini ⁊ sacramentorum administrationem: assidue enim ⁊ devote orare ⁊ lectioni perfecte intendere sunt opera clericorum. Dum in ecclesia fit officium divinum arceant laicos stare extra cancellum seu locum vbi sacerdotes ⁊ clerici debent stare/ nisi essent laici tales qui iuvarent ad officium divinum.

Uo ad secundum De lingua ⁊ verborū prolatione. Magna quedam honestas est potissime in sacerdote temperare linguam/ vnde sacerdos debet discretum silentium q̄ȝtum

potest obseruare: et non sit nimium loquax sed parce loquitur: tunc autem parce loquitur quando non loquitur nisi necessaria et vtilia. dum est in consortio hominū loquatur de diuinis preceptis. de euittandis peccatis: vel de exemplis sanctorum patrū et similibus. Non de fabulis aut vanis verbis aut rebus mundanis loquatur: nec cantet cantilenas mundanas que in se continent turpia interdum et inhonesta et prebent occasionem peccandi. Si oportet eum in honesta societate cantare/ cantet vnum hymnum aut aliud canticum ecclesiasticum. Caueat summe sacerdos et quilibet clericus ne proferat verba detestanda aut pudenda dicendo ribaldiam vel aliam turpitudinem. Abstineāt etiam a frequenti iuratione. Sunt enim plurimi qui ad quodlibet verbum iurant per deum et sanctos ex quadam mala consuetudine/ quod turpe est presertim in sacerdote et clerico: et potissime caueant sacerdotes et clerici ne vtātur istis verbis Je regnie dieu. neque iurant per plagas dei. per sanguinem dei. per passionem et similia que sonant blasphemiam dei. Caueant ne per contemptionem et rixam proferant contra aliquem iniuriosa verba neque alicui maledicant. Etiam si aliquis dicat sacerdoti vel clerico iniuriam vel maledicat/ nō debet clericus propter hoc per iniuriosa verba respondere vel maledicere: sed debet pacienter sustinere et tacere. et si viderit esse expediēs de loco iniurie recedat vt in omnibus istis sequatur exemplum domini nostri ihesu xpi qui cum male tractaretur pro salute nostra non aperuit os suū et cum malediceretur non maledicebat. et cum iudei dicerent ei plurima obprobria exiuit de templo et abscondit se.

Vo ad tercium De habitu et gestu/ portent sacerdotes et clerici tonsuram et vestes clericales. Comam non nutriāt seu crines magnos neque longam barbam/ alioquin possunt tundi per suum archidyaconum. Et sit talis in religiosis talis quod appareāt aures. In secularibus clericis maior vel minor secundum quod ordinē sacrū maiorē vel minorē vel nō sacrū susceperint. In sacerdotibus quidā sit magna et maior quam in aliis ordinibus/ talis quod

oculos seu aspectum intuentium non offendat vestes gerant re/
ligiosi sm̄ statuta sue religionis. Seculares autem clerici seruēt
modum communem religionis dū tamen coloribus aut pānis
non vtantur valde preciosis nec nimium fulgidis aut sordibus
vestibus vtātur: habeant autem talares vestes id est vsq3 ad ta
los tangentes ꝛ talium non vtantur forma vestium quibus lai
ci solent vti. In ingressu corporis sacerdos sit grauis ꝛ bene cō/
positus nec enim gressu rapido seu violenter currendo debet in
cedere: quia incompositio corporis iudicat qualitatem incōposi
te mentis: ꝛ incessus modo citius modo tardius instabilitatem
mentis designat.

Uo ad quartum de cibo ꝛ potu. Debent cibum ꝛ potum
temperate sumere tam in tempore q̄3 in q̄titate vt in die
bus ieiunioꝝ semel in die. In diebus non ieiunalibus bis tm̄ in
die. Debent tm̄ comedere comessationes ebrietates ꝛ conuiuia
debent vittare. Et dicitur ebrietas ab e. quod est sine ꝛ brios qd
est mensura: quia bibit sine mensura. i. vltra mensuram nature
finibus non contentam. Etiam 3 crapula ꝛ voracitate ciborum
Crapula dicitur nimie comestiōis voracitas. Sacerdos ebrius
deb3 abstinere. xl. dies a communione hoīm vel subijcitur suppli
cio coporali. Et si monitus hanc satisfactionem nō fecerit suspen
ditur ab officia ꝛ beneficio ꝛ demū deponitur si non corrigatur
Uittent sumere cibum aut potum in tabernis nisi dum vadunt
in itinere In sacerdotali prandio lectio diuinarum scripturarū
immiscenda est/nam per hoc anime edificātur ad bonum ꝛ fa
bule euittantur.

Uo ad quintu3. De secularibus negocijs, debent sacerdo
tes ꝛ clerici contentiones rixas ꝛ lites vittare neq3 in plate
is secularibus litigare seu disputare nisi causa sit que in ecclesia/
stico iudicio non possit introduci ꝛ prosequatur suam iniuriam
vel sue ecclesie aut debilium personarum. Non debet sacerdos
conductor aut procurator esse rerum secularium neq3 negocium
quodcūq3 sit illud exercere. Canes ad venandum tenere nō de
bēt neq3 venari venatione clamosa vel impetuosa que fit cū cla
moribus ꝛ cursu velociori/puta venari apros, taxos ꝛ similia.

Possunt tamen clerici piscari pro necessitate sua. Omnis negociatio secularis de rebus emēdis vilius ⁊ carius distribuenduꝫ est sacerdotibus interdicta vt emere vinum bladum vt carius vādatur. Sic debent sacerdotes ⁊ clerici abstinere a secularibus negocijs permaxime inhonestis ⁊ turpibus lucris. Non sint tabelliones seculares nec exerceant officium notariatus curie secularis. Et generaliter omnia alia secularia negocia ⁊ turpia lucra sacerdotibus sunt interdicta nisi inueniātur permissa. Possunt tamen pro victu proprijs manibus laborari ⁊ operari honesto ⁊ decenti labore.

Uo ad sextum. Honestas sacerdotum est in consortio et societate bonarum personarum. Non enim debent cuꝫ peccatoribus manifestis conuersari/ puta cum hereticis excommunicatis ⁊ alijs hmōi diffamatis. Alioquin possunt tanq̄ȝ socij ⁊ dātes auxiliū puniri. Cōsortia em̄ maloꝝ bonos mores corrumpunt/ vittent consortiuꝫ minorum ioculatorum ribaldoruꝫ meretricum/ ludos/ ⁊ tabernas/ lupanaria frequentantium/ et quarumlibet vilium personarum diffamatarum. Concubinas non foueant neq̄ȝ nutriant aut teneant aut alias quascunq̄ȝ mulieres de incontinentia suspectas. Possunt em̄ in sua cohabitatione habere matrem suam auiā neptem que tn̄ non habeat secum pedisequas aut seruitrices suspectas. Nam omnes q̄ sunt cum sorore mea sunt mee sorores. Si qui autem sunt in sacris ordinibus constituti. qui hmōi habeāt concubinas vel focaria siue eas hn̄t ī suis domibus vl' in alijs/ sicuti q̄dē in fraudē faciūt Precipimus eis sub pena iuris ⁊ excōmunicationis ne vnq̄ȝ solus cum sola cum eis loquatur in locis secretis ⁊ cum ipsis de cetero nullatenus ꝯuersantur. Precipimus etiam auctoritate presentis statuti ⁊ synodi ipsis cōcubinis seu focarijs sub dictis penis vt a consortio sacerdotum ⁊ aliorum ecclesiasticoꝝ virorum recedant penitus ⁊ desistent. Quod statutum precipimus in ecclesijs frequenter publicari. Sunt autem forsan nonnulli viri ecclesiastici occulte fornicarij aut cōcubinarij ⁊ sunt isti minoris culpe ⁊ minoris pene ⁊ relinquūtur foro penitentiali. Alij sunt suspecti tm̄ aut diffamati de incōtinentia vel fornicatiōe aut cō-

cubinatu / et tales si scandalum oriatur sunt purgandi. alioquin penas sustineant conuicti / et tanquam conuicti sunt condemnandi. Alij sunt notorij concubinarij seu fornicarij et hoc notorietate facti que nulla potest tergiuersatione celari / vt quia continue manet in domo iuuenis mulier qui liberos parturit / et super terram gradiuntur qui testimonium perhibent: tunc tales ab officio et beneficio sunt deponendi et quandoque vsque ad degradationem.

Quo ad septimum. s. de ludis prohibitis auctoritate que supra / prohibemus clericis et viris ecclesiasticis potissime in sacris ordinibus constitutis et maxime sacerdotibus et curatis ne omnino ludant ad taxillos. ad aleas. ad trinquetum quod aliter nominatur ad punctum stacarij. neque ad cartas. neque ad stop bum dictum a la paulme. neque ad luctam. neque ad iactum lapidis. ad saltum. ad choreas. neque ad clipeum. neque cum fistula vel alijs musicalibus instrumentis quibus cum ore seu bucha luditur. Non negamus quin cum cithara et organis seu huiusmodi alijs honestis cordarum instrumentis in officio ecclesiastico seu secreto in domo coram paucis causa cuiusdam consolationis possint aliquando licet raro vti. Non ludant etiam ad marrellas. ad bolas. ad cursum vel currendum in campo pro lucro vel pro vino. ad ioculandum vel gladiendum. neque ludant ad guillas. vel tor neamenta seu iostas. Summopere caueant sacerdotes et clerici potissime in sacris ordinibus constituti ne intersint neque ludant in ludo quod dicitur chareuary / in quo vtuntur laruis in figura demonum et horrendia ibidem committuntur / quem ludum non solum clericis sed generaliter omnibus subditis prohibemus sub excommunicationis pena et decem librarum turonensium nobis applicandum. neque etiam in ludis illis inhonestis qui solent fieri in aliquibus ecclesijs in festo fatuorum quod faciunt in festiuitatibus natalis domini. Non ludant etiam ad ludum scatorum nisi forsan pro raro: quia quamuis sit ludus honestus et proueniat ex subtilitate ingenij / tamen magnam requirit inutilitatem occupationem et prolixitatem temporis.

De hospitalitate et miserabilium personarum subuentione.



Rimo. Sacerdotes libenter recipiant peregrinos ⁊ extra neos aduenas/ eosq̃ cõsolentur ⁊ sibi si facultates suppe tant necessaria ministrent q̃ntum poterunt. Et specialiter gratiose recipiant religiosos presertim mendicantes/ sibiq̃ ministrẽt victum ſm eius statum ⁊ possibilitatem: et specialiter quando illi fratres predicãt verbũ dei: vł ad id deputati ꝓfessiões audiũt

Ecundo. Quia multi pseudo ⁊ ꝑphete religiosi vadunt per mundũ vagabũdi appostate/ dicentes se posse audire cõfessiones ⁊ absoluere posse ‖ Precipimus ꝑbiteris nobis subditis q̃ tales religiosos non recipiant ad audiendum confessiones sibi non bene notos: nisi ipsi religiosi faciant fidem per litteras nostras aut vicarij nostri se fuisse a nobis acceptos/ ⁊ licentiam habeant confessiones audiendi. Et curati prohibeant suis parrochianis ne talibus ignotis religiosis cõfiteantur/ nisi prius facta fide vt supradictum fuit.

Ercio. Ad officium sacerdotum spectat visitare infirmos non solum ad ministranda sacramenta sed ad infirmitatis consolationem. Et etiam quasdam miserabiles aut pauperes personas suo posse consolari ⁊ eis in necessitate subuenire. Bona enim ecclesiarum sunt bona pauperum. ⁊ quicquid superest sacerdoti vltra suam necessitatem debet dari pauperibus.

De monasterijs prioratibus ⁊ religiosis personis.

Rimo. Religiosi in monasterijs ⁊ ꝑoratibus ſm vite statum quem domino inspirante elegerunt/ viuant ⁊ regulariter teneant obseruãtias ieiunijs orationibus ⁊ vigilijs insistẽtes principalia vota sue religionis ⁊ ꝓfessionis/ puta paupertatem. castitatẽ ⁊ obedientiã iugiť obseruẽt: ⁊ regularia instituta sui ordinis/ puta regulam sancti benedicti. sancti augustini. et alioꝝ actoꝝ ⁊ sanctorum patrum ⁊ doctoꝝ adimplere studeãt ⁊ tenere/ vt visitationis tpe irreprehensibiles inueniri mereantur

Ecundo. Religiosi non ministrent alienis parrochianis aliqua ecclesiastica sacramenta sine licentia curati parrochialis alioq̃n si ministrent extremã vnctionẽ. eucaristiã. aut benedictõe₃ nuptialẽ/ incurrũt sñiam excõicationis ipo facto/ a qua nõ absoluũť nisi apud sedem apostolicam vel in articulo mortis.



Ercio: Abbates in monasterijs ꝛ priores in prioratibus conuentualibus faciant semper esse ꝛ teneant sufficientẽ numerum religiosorum iuxta fundationem eorum / ꝛ q̄ntum maiorem numerum poterunt / neq̄ꝫ numerus fundationis decrescat nisi de licentia superioris propter tenuitatem facultatuꝫ vel alia rationabili causa numerus minuatur. In prioratibus non conuentualibus teneant ꝭm ꝙ hactenus consuetum fuit: ꝛ nunq̄ꝫ sit aliquis prior solus in prioratu suo sine socio vel religioso sui ordinis.

Uarto. Religiosi semper vbiq̄ꝫ portent habituꝫ ꝛ vestes sue religionis qualem debent ꝭm iura sui ordinis instituta ꝛ religionis consuetudinem deferre / nec illum mutent in colore / materia / vel forma / neq̄ꝫ illum detruncare vel decurtare vel abscindere / seu etiam aliquam parteꝫ ipsius deferendo aliquatenus audeant dehonestare / ꝛ hoc sub excõmunicationis pena ipso iure lata: quia tales appostate vel quasi sunt reputandi.

Uinto. Religiosi septa suorum monasterioꝝ aut suorum prioratuũ non exeant per mundum incedendo / nisi cum magna ꝛ rationabili causa. Et hoc de licentia sui superioris petita ꝛ obtenta: tales etiam vagabundos ꝛ appostatas sui superiores diligentius perquirant ꝛ ad ouile cum virga correctionis studeant reducere salubriter prout decet.

Exto. Sicut religiosi perfectiorem habent statum / ita ad ea que superius dicta sunt in titulis de moribus ꝛ honestate ꝛ de hospitalitate plus ceteris astringuntur ꝛ astringi volumus ꝛ habere pro repetitis.

De ecclesijs ꝛ cimiterijs.

Rimo. Ad curam ꝛ solicitudinem vniuscuiuscunq̄ꝫ rectoris alicuius ecclesie spectat ꝙ frequenter mundet ꝛ teneat mundam si sibi incombit / alioquin mundare faciat per illos ad quos spectat ecclesiam ꝛ omnia que intra sunt / puta imagines altaria / vitrinas / parietes / pauimẽta ꝛ huiusmodi / que in aliq̄bus locis tam deturpata sunt puluere / araneis / ꝛ alijs immundicijs ꝙ ea videre abhominationem generat / ꝛ camera atq̄ꝫ lectus eorum apparata ꝛ ornata sunt sicut templum salomonis.

Ecundo. In cimiterijs interdum intra ecclesiam inueniuntur stercora hominum et animalium et magna quantitas fumi per angulos et cumulos iniecta / que precipimus emūdari: et de cetero talia fieri sub excōmunicationis pena prohibemus et .xl. solid. turoñ / neqꝫ excusationem sumant rectores vt penam euittant / dicendo qꝫ mundare dicta loca sacra ad se nō spectat / sed a matricularios et parrochianos: qꝛ licet labor et expensa mundandi debent forsan pertinere ad dictos parrochianos: cura tamen et sollicitudo mundandi vel mundari faciēdi pertineat de cetero ad rectores vt moneant frequenter illos ad quos spectat vt mundent loca predicta: qꝫ si forte tardent et recusent / eos faciāt compelli via iuris. Addicientes huic honestissimo statuto quatinus singulis annis ad minus semel in quadragesima et ꝓpe pascha mundentur omnino loca predicta.

Ercio. Ecclesie et cimiteria polluuntur et sunt reconcilianda per episcopum in quattuor casibus sequentibus. Primo propter homicidium vel iniuriosam humani saoguinis effusionem / ibi per contemptionem vel violentiam commissam. Secus si a casu aliquis ibi cadens ex alto vel alio modo / puta se occidendo moreretur. aut si aliquis absqꝫ iniurioso facto ibi sanguinaret. vel si extra letaliter vulneratus / postea intraret ecclesiam et ibidem moreretur / tunc non est reconcilianda. Sed si quis in ecclesia ꝑcussus fuerit et postea moriatur extra ecclesiā: vel si intra ecclesiam per dictum modum sanguis effundatur / licꝫ in terram non cadat / nihilominus ecclesia vel cimiterium polluta est et reconcilianda.

Ecundo propter adulterium. fornicationeꝫ. aut seminis humani effusionem / ibi scienter factam. etiam per viciuꝫ sodomiticū / secus de nocturna pollutione in somno facta.

Ercio. Si aliquis excommunicatus fuerit in ecelesia vel cimiterio sepultus polluit: ecclesia et cimiteriū sunt recōcilianda. et est corpus illud exhumendum et extra proijciendum ante reconciliationem.

Uarto. Si ecclesia vel cimiterium fuerint consecrata per episcopum publice excōmunicatum ſm Host. sunt pol-

luta ꝛ reconcilianda. Nam si corpus excōmunicati ibidē inhumatum polluit/multofortius vbi consecratio conficitur seu pfertur per os ꝛ manus epi excōmunicati.

Quarto. Quotiens ecclesia ꝛ cimiterium polluuntur debent reconciliari sumptibus parrochianorum. sed sumptus illos debent recuperare ab illis qui fecerunt pollutionem.

Quinto. Quando ecclesia est polluta/cimiterium ibidem contiguum est pollutum ꝛ non econtra: quia si cimiteriū etiam contiguum est pollutum ꝛ casus pollutionis in eodē cimiterio fuit cōmissus ꝛ non in ecclesia/propter hoc ecclesia non est polluta.

Sexto. Prohibemus sub pena excōmunicationis ꝛ. xl. solidorum/ne in ecclesia aut cimiterijs fiant mercata vel nundine: neqꝫ ibi fiant choree vel ludi alij inhonesti.

De interdicto ecclesiastico.

Primo. Interdictum ecclesiasticum/quoddam est generale/scilicet cum vnum regnum. vna prouincia. vna ciuitas castrum vel villa interdicitur. Quoddam est particulare/cū de multis ecclesijs vna vel pauce interdicuntur/cum dicitur talis locus interdicitur vel est interdictus/nihil aliud est dicere qꝫ viri ecclesiastici prohibentur ibi publice celebrare sacramenta ecclesiastica aliqua vel sepultura ministrare: ꝛ homines interdicuntur a certis sacramentis ꝛ sepultura.

Secundo. Interdictum ponitur pro rationabili causa: nec est rationabilis aut iusta causa ponendi interdictum pro debito pecuniario/nisi ex hoc ex speciali concessione summi pōtificis procedente

Tercio. Cum ciuitas villa vel castrum interdicitur/suburbia eius sunt interdicta: qꝛuis in multis alijs casibus nomine ciuitatis intelligitur qꝫ murorum ambitus continetur

Quarto. Homines de loco interdicto si interdictū fuit positum absqꝫ eorum culpa auxilio vel fauore possunt alibi audire diuina ꝛ recipere sacramenta. Idem in viris ecclesiasticis loci interdicti/qui possunt in predicto casu alibi celebrare diuina ꝛ non seruare interdictum.

Quinto. Una ecclesia interdicta/capella ꝛ cimiterium eidem ecclesie contiguum seu coniunctum sunt interdicta: secus est si capella vel cimiteriuȝ essent separata ab ipa ecclesia interdicta.

Sexto. Religiosi ꝛ quelibet alie persone etiam exempte debent seruare generale interdictum etiam ab ordinario posituȝ vel quotiens ipsi religiosi aut exempti vident matricem ecclesiam vel parrochialem ecclesiam propter interdictū generale cessare/ipsi debent obseruare interdictum: alioquin īcurrunt penam ꝛ sententiam iuris.

Septimo. Ad diuina officia tēpore interdicti/singulis diebus in monasterijs ꝛ ecclesijs possunt celebrari diuina officia submissa voce taliter ꝙ ab extra nō possint audiri/ianuis clausis/excōmunicatis ꝛ interdictis exclusis/campanis non pulsatis: ita ꝙ alij nisi clerici ecclesie non admittantur ad diuina/etiam si aliunde venirent: nisi essent priuilegiati ꝙ tempore interdicti possent audire diuina.

Octauo. Tēpore interdicti generalis solū in festiuitatibus Natalis domini Resurrectionis Penthecostes ꝛ Assumptionis beate marie virginis campane pulsantur/ianuis apertis ꝛ alta voce diuina celebrantur: excōmunicatis exclusis ꝛ interdictis admissis: dum tamen illi quorum culpa interdictuȝ latum est ad altare non accedant. Potest etiaȝ tempore interdicti sanctum crisma confici ꝛ celebrari.

Nono. Quo ad sacramenta ecclesiastica tempore interdicti prohibentur ministrari nisi in casibus sequentibus.

Tēpore interdicti possunt hec ꝑferri

Baptismus. ꝛ Confirmatio. Non solum paruulorum sed adultorum.
Penitentia. non solum morientium sed ꝛ sanoꝝ: exceptis illis quorū culpa latum est interdictuȝ vel dederīt auxilium: nisi satisfecerint prout iura canunt.
Eucaristia q̄ ministratᷣ morientibus.

Ecimo. Tempore genaralis interdicti clerici ecclesia-
rum loci interditi tradi possunt ecclesiastice sepulture si-
ne tamen pulsatione campanarum ꝛ omni solennitate cessante
Sed laicis loci exceptis denegatur ecclesiastica sepultura et-
am si penitentiam egerint: quia interdicti sunt etiam si pecca-
tores non sint. Sublato autem interdicto eorum corpora pote-
runt ecclesiastice sepulture tradi

Ndecimo. Matrimonia possunt contrahi: sꝫ benedictio
nuptialis denegatur tempore generalis interdicti. Spon
salia etiam de futuro non prohibentur: sed conceduntur dicto
tempore interdicti.

Uodecimo. Qui celebrat scienter tempore interdicti vł in
ecclesia interdicta nisi super hoc sit a sede apostolica pri-
uilegiatus ꝛ nisi in casibus a iure permissis superius expressatis
irregularitatem incurrit / a qua non potest nisi per summuꝫ pon
tificem absolui.

Ecimotercio. Tempore interdicti potest predicari verbuꝫ
dei ꝛ possunt illi ꝺ loco interdicto orare in ecclesia nisi for
san esset eis specialiter interdictus ingressus ecclesie.

Ecimoquarto. Illi propter quorum culpam est ṗositum in
terdictum debent procurare vt tollatur ꝛ debent restitue
re clericis ꝛ ecclesijs dāna ꝛ interesse que propter hoc īcurrerūt

Ecimoquinto. Nullus alterius dyocesis permittatur vel
audeat celebrare diuina officia ecclesijs nostre ciuitatis ꝛ
dyocesis donec nobis aut vicario nostro seu officiali ostenderit
se canonice ad ordines promotum ꝛ licentiam obtinuerit officiē
di in dictis ciuitate ꝛ dyocesi nostris.

Ecimosexto. Nullus sacerdos audeat missas vel alia diui
na officia celebrare in domibus vel oratorijs ibi ꝯstitutis
nisi de superiore processerit specialis neqꝫ in capellis quibus nō
est assuetum celebrare donec de eorum dote ꝛ canonica instituti
one nobis constiterit.

Ecimoseptio. Nullus curatus vł rector ecclesie parrochi
alis instituat vicariū ad regimen sue ecclesie nisi prius fu
erit nobis presentatus ꝛ licentiam habuerit regendi ecclesiam.

De beneficiis ecclesiasticis fructibus ⁊ oneribus eorum ac prohibita rerum alienatione

Rimo. Nullus potest obtinere beneficium ecclesiasticum absq; canonica institutiõe. debetq; quisquis beneficiatus ostendere ordinato quotienscunq; requiritur titulum sue canonice institutis ⁊ possessionis. vnde statuimus ⁊ ordinamus: atq; precipimus vt omnes qui sunt instituti ⁊ possessores in beneficijs specialiter in parrochialibus ecclesijs / ⁊ qui de cetero instituantur qui auctoritate nostra ordinata non fuerunt instituti titulos suarum institutionum ⁊ possessionum exhibeant coram nobis aut vicario seu officiali nostro infra sequentẽ synodum.

Ecundo. Statuimus vt singuli decani quolibet anno per mensem ante celebrationem synodi moneãt auctoritate presentis statuti ⁊ nostra omnes quos sciuerint in suis decanatibus beneficia specialiter parrochiales ecclesias vl' alia curam animarum habentia obtinuisse vt ipsi ad synoduȝ tunc sequuturã apportent ⁊ coram nobis aut vicario vel officiali nostro exhibeant titulos suarum institutionum ⁊ possessionum ⁊ parati sint prestare iuramentum assuetum nobis ⁊ sedi episcopali lingonensis.

Ercio. Qui instituuntur in beneficijs curam animarum habentibus specialiter in parrochialibus ecclesijs debẽt sedi episcopali lingonensis prestare iuramentuȝ sub hac forma. Juro q' ero fidelis ⁊ obediens Reuerendo ⁊c. ⁊ suis successoribus exequar mandata sua ac litteras sue curie / faciam residentiam in ecclesiaȝ personalem nisi mecum super hoc fuerit dispensatum non residendi / veniam ad synodum semel in anno prout fieri est consuetum in dyocesi lingonensis / deseruiam in meo beneficio prout conditio beneficij requirit / nihil alienabo de rebus ipsius ecclesie ⁊ si que sint alienate pro posse recuperabo. Ceteri q; beneficiati iurare debent obdedientiã fidelitatis deseuire beneficio sufficienter nihil alienare ⁊ alienata posse tenus recuperare.

Uarto. Tenens beneficium ecclesiasticum curam habens animarum si se absentauerit a beneficio non habens licentiam

non residendi vel se absentandi nullumq3 ibi dimiserit pro regimine beneficij z cura animarum. Si steterit per sex menses eo ipso q citatus fuerit in loco beneficij trino edicto vl' vno pro omnibus auctoritate presentis statuti z nostra poterit a beneficio deponi z priuari.

Quinto. Multi sunt beneficiati qui non aduertentes qualiter deo z ecclesie sue sunt obligati vt debite deseruiant z faciant deseruiri in suis beneficijs in spiritualibus z temporalibus/z si non faciant in hac parte debitum suum in animarum suarum damnationem hmoi beneficia detinent. Unde precipimus statuimus z omnes beneficiatos monemus vt singuli beneficiati in suis beneficijs diuinum officium z alia incombentia debite compleant z faciant adimpleri prout z fm beneficij pditionem quilibet eoru3 tenetur. Et etiam ornamenta ecclesiastica z bona mobilia atq3 possessiones redditus z iura ipoz bnficioz recuperēt z reparēt reedificēt colant ac in bono statu ponāt z teneant eaq3 deffendant z recuperent alienata suo posse vel deperdita. Q si dicti beneficiati in hac parte sunt vel fuerunt negligentes ordinamus vt moniti si huic testamento non peruenerint a suis beneficijs deponentur z priuentur.

Sexto. Inhibemus vniuersis z singulis beneficiatis z etiā patronis q habēt illius patronatus vl' presentandi in ecclesijs ne ipsi beneficiati sua beneficia resignent in manibus dictorum patronorum/z q ipsi patroni tales resignationes non recipiant cū eis hoc illius non cōpetat. Presentent episcopo beneficium vacans seu cum vacauerit in manibus dicti domini episcopi seu aliorum potestatem habentium z al's non admittātur quod si fecerint prouide punientur.

Septimo. Si aliquis conuincatur alienasse vel ad censum perpetuū dedisse de bonis aut iuribus sui beneficij z hoc sine auctoritate sui superioris statuimus q illud reddatur in duplum z beneficio priuetur. Contractus etiam ipse nullius est efficacie vel momenti.

Octauo. Cum beneficium vacat per mortem: decanus in cuius decanatu consistit huiusmodi beneficiu3 debet in ma

nu dictum beneficium regere et tenere ac fructus leuare q̄diu vacat. Et ibi facere deseruire residuumq̄ grossorum fructuum per se leuatorum debet habere pro rata temporis quo rexit: et omnes parui fructus qui tempore vacationis obuenerint debet integraliter habere.

Nono. Frequenter propter varias causas apponitur nostra manus vel officiariorum nostrorum ad beneficia et eorum redditus: debetq̄ deputari aliquis qui dictum regat interim beneficium et deseruiat ac fructus leuet et rationem reddat loco et tempore oportunis.

Decimo. Decanus ad cuius spectat officium debet ponere in possessionem nouos rectores parrochialium ecclesiarū pro salario suo nihil amplius vltra decem solidos turoneñ. recipiat et hoc verum q̄ in nullo casu potest vltra dictam summam recipere. Sed bene minus potest: si consuetudo vel conuentio est in contrarium.

Undecimo. Prohibemus sub excommunicationis pena ne beneficiatus de bonis mobilibus vel pecunia per eum ex suo beneficio acquisitis vel acquisita emat aliqua bona nomine alieno et q̄ in fraudem non soluat pecuniam pro tali re p alium empta.

Duodecimo. Statuimus q̄ res immobiles empte de pecunia per beneficiatum ex beneficio acquisita debent ad ecclesiam seu beneficium pertinere: et non potest beneficiatus neq̄ debet de illa re tanq̄ de re aliena aliquid in preiudicium sui beneficij vl' ecclesie sue disponere nisi magna vrgeret necessitas quod si faciat tenetur ad restitutionem nec a peccato illo absolui tur nisi restituat alienum.

Decimotercio. Prohibemus bñficiatis ne ɔcubis aut spurijs seu filijs eorum ex nephario coitu procreatis aliq̄d donare vel in testamento relinquere presumant cū hoc vertatur in ipsorum

beneficiatorum ⁊ animarum suarum damnabile periculum ⁊ preiudicium/ quod si quid alicui qui presens statutum factum fuerit decreuimus talia donata vel relicta nullius momenti ⁊ ea auferri per nostram curiam ab illis quibus donata vel relicta tanquam ab indignis.

Decimoquarto. Fructus pendentes in terris vineis aut alijs possessionibus beneficiorum/ que terre aut vinee culte fuerunt per beneficiatos ipsorum beneficiorum ⁊ possessores suis proprijs missionibus ⁊ expensis. Si contingat dictos beneficiatos decedere inter primam diem maij ⁊ collectionem ipsorum fructuum: ⁊ sunt ipsi beneficiati oneribus debitorum grauati/ taliter quod eorum debita solui non possunt de bonis ab ipsis relictis Statuimus tales fructus cedere in solutionem debitorum in toto vel in parte: ⁊ quod prius soluantur debita quam legata vel relicta in testamento.

Decimoquinto. Prohibemus sub pena decem librarum turonensium. ne aliquis beneficiatus aut patronus tradat laicis per admodiationem seu ad firmam fructus vel redditus sui beneficij vel illius percipiendi ratione patronatus aliqua iura in ecclesia. Prohibemus laicis ne tales recipiant admodiationes aut firmas ad magnum vel modicum tempus.

Decimosexto. Nullus curatus fiat vicarius in alia parrochiali ecclesia nisi ex iusta ⁊ vrgente causa ⁊ per nos fuerit concessum

De testamentis ⁊ sepulturis.

Primo sacerdotes audientes confessiones infirmorum sufficientem etatem habentium/ moneant ⁊ inducant tales infirmos vt ipsi faciant testamentum seu extremam ordinationem coram notario nostre curie/ aut si non potest haberi coram ipso sacerdote ⁊ testibus quot habere poterit. In quo testamento seu ordinatione ordinent fieri restitutiones ad quas possunt teneri. dari elemosinas. ⁊ celebrari diuina officia. ⁊ orationes fieri pro sue anime salute. ⁊ alia que ordinare voluerint ⁊ sacerdos scribat quando non habet notarius omnia que fuerunt ordinata. Scripturam suo signo signet: quia quo ad hoc volumus ipsos sacer-

dotes ꝛ eis cõmittimus vti posse tabellionis officio. Et postea ipaȝ scripturã clausaȝ/ sigillo eccl'ie parrochialis sigillet: ꝛ ad clericum officij testamentorum nostre curie ꝗcito poterit post obitum testatoris transmittat.

Secundo. Si tales sacerdotes forsan perfecte nesciunt scribere latinum/ ordinamus ꝙ predicta testamenta seu extremas voluntates in ydiomate vulgari ꝛ cõmuni conscribat non in latinis verbis.

Tercio. Rectores. vicarij. curati parrochialium ecclesiaruȝ possunt in suo testamẽto instituere heredes cognatos suos legitimos ꝛ proximiores de genere/ ꝛ hoc bonis paternis vl' maternis vel alijs rebus acquisitis priusꝗ essent rectores vicarij aut curati. Res autem acquisite postꝗ fuerunt rectores vicarij aut curati/ ꝛ etiam eorum totalis successio quãdo intestati decedunt/ vl' si testamenta fecerint ꝛ postea rumpitur vel cassatur ad nos ratione sedis epãlis taȝ ex antiquis statutis ꝗ ex consuetudine hactenus obseruata pertinent pleno iure

Quarto. Auctoritas ꝛ potestas faciendi executionem demandari testamenta extremas defunctorum ordinationes in quibus ordinatur de missis ꝛ diuinis officijs ꝛ orationibus faciendis ac de elemosinis largiendis ꝛ restitutionibus exhibendis pro animarum salute. Sine quibus diuinis officijs orationibus ꝛ elemosinis ꝛ alijs pijs causis peccata defunctoꝝ non possunt forsan totaliter remitti vel purgari. Cum hec auctoritas ꝛ potestas ad curam de directo spectat animarũ ad episcopuȝ pertinet tam de iure ꝗ de notoria ꝛ hactenus obseruata cõsuetudine atꝗ per antiqua ꝛ noua statuta tam prouĩcialia ꝗ synodalia. cui epõ totalis aĩaꝝ cura ciuitatis ꝛ dyocesis lingoñ. noscitur esse cõmissa. Sed quia nonnulli forsan premissa non attẽdentes impedierũt aut impediunt sanctam animarum curaȝ que circa executiones testamentorum existit ꝙ ad nos ꝛ nostraȝ non deueniat curiã. Idcirco auctoritate presentis statuti ꝛ aliorum antiquorum precipimus ꝛ ordinamus ꝙ singuli curati singulis diebus dominicis in suis ecclesijs dum missarum solennia celebrantur/ moneant omnes ꝛ singulos vtriusꝗ sexus ne

nos aut curiam nostraȝ aliquatenus impediant in cura animarum ⁊ iuridtione spirituali que in premissis nobis competit: denunciantqȝ excōmunicatos omnes hmōi iniustos impeditores ⁊ tandiu sic denunciant quousqȝ ab impedimento cessauerint ⁊ satisfecerint ac sue absolutionis beneficium obtinuerint.

Quinto. Mandamus singl'is presbiteris specialiter curatis vicarijs ⁊ notarijs curie nostre lingonensis eisqȝ ac cuilibet ipsorum auctoritate presentis statuti committimus quatinus q̄cito ad eoꝝ peruenerit noticiā aliquā psonā ī loco vbi morant' decesse / īcōtinēti ⁊ absqȝ mora accedāt ad domiciliū defuncti ⁊ corā testibus citēt noīatiȝ si noīa sciri poterit / alioq̄n citētī genere seu absqȝ noīs impssione executores ⁊ heredes dicti defuncti ad competentem diem ad comparandum in curia nostra cuȝ testamento dicti defuncti / etiam posito q̄ non appareat pro tūc aliquod fecisse testamentum ⁊ huiusmodi citationē faciat ad personas eoruȝ qui in domicilio reperientur. Et postmodū dictam citationem ponant in scriptis ⁊ coram quibus ⁊ quo die ⁊ ad quem diem ⁊ quomodo facta fuit ⁊ eam sub signeto consignēt: ⁊ sigillo parrochialis ecclesie sigillent ⁊ remittant ad curiā nostram ante dietam ad clericum officij testamentorum.

Sexto. Adeo per curam animarum quam habȝ episcopus ptinet auctoritas ⁊ potestas executionis testamentoruȝ que executio principaliter fit directe pro salute animarum: q̄ etiam si testator vel alius prohiberet ne de executione testamenti se intromittat episcopus: nihillominus nō obstante ꝓhibitione debet ⁊ potest se intromittere de executione ⁊ pijs causis que salutem concernunt anime. Unde auctoritate presentis statuti ⁊ nostra monemus omnes executores ⁊ heredes quorumcunqȝ testamētoꝝ factoꝝ ⁊ fiendoꝝ quatinus ipsi hmōi testamēta quo ad pias causas debite exequantur infra sex menses a tempore testamenti apparati sub excōmunicationis pena quam ex nunc

pro tunc et econuerso ferimus et quam incurrent per lapsum dictorum sex mensium / nisi nostris paruerint mandatis in hac parte. Quos etiam executores et heredes moneri precipimus sub forma predicta in speciali quotiens opus fuerit in futurum et postmodum ratione prima excommunicatos nunciari.

Septimo. Crimen falsi committit et penam legis cornelie de falsis puniri debet qui testamentum celat occultat retinet vel abscondit ne ab executionem perducatur. Et quia sunt multi vt dicitur qui nescientes hanc legem vel ad eam non attendentes vt deberent qui testamenta aut extremas ordinationes defunctorum detinent iniuste et occultant quod quantum offendat oculos diuine maiestatis ex eo apparet quod anime existentes in acerbissimis penis purgatorij remanent ibique possent per testamentorum suorum executionem cito liberari. Impijssimus etiam est filius vel alius cognatus et crudelissimam committit contra patrem vel matrem offensam qui non miseretur anime patris vel matris cuius est heres: si suum occultat testamentum vt non exequatur et anima sui patris manet in predictis penis propter deffectum executionis sui testamenti. Et pauperes persone et ecclesie quibus aliquid relinquitur in testamentis fraudantur pia elemosina sibi relicta et tales occultatores testamentorum quantum in eis est nostram auctoritatem et potestatem perimunt penitus et eneruant. Unde auctoritate presentis statuti et nostra monemus semel secundo et tercio ac peremptorie omnes et singulos cuiuscunque gradus conditionis sexus aut status existant: et vos presbiteri nobis subditis etiam singulis diebus dominicis moneatis in vestris ecclesijs omnes qui habent iniuste occultant detinent vel abscondunt / et qui sciunt alios habere occultare retinere vel abscondere testamenta aut extremas deffunctorum ordinationes / et dantes in hiis consilium auxilium vel fauorem seu iuuamen / vt ipsi infra .xv. dies ab inde et a quibus monitione per vos facienda illa et illas apportent et exhibeant tradantque et reuelent clerico regenti

officium testamentorum nostre curie qui alio nomine nominari potest procurator animarum. Alioquin ipsos omnes et singulos in hijs scriptis exnunc prout extunc et cõuerso lapsis dictis q̃n decim diebus excõmunicatos publice nuncietis.

Octauo. Sepultura prout accipitur pro officio quod impẽditur corporibus sepeliendum vel pro terra cimiterij que aperitur ad sepeliendum non debet fieri pro aliquo pecuniario cõmodo vel temporalis precio cũ sit res spiritualis sacra et religiosa. Vñ aliquorum erroneum reprobamus abusum q̃ non volunt sepelire corpora mortuorum neq̃ permittunt terram cimiterij aperiri nisi prius satisfaciãt de mortuario vel heredes aut alij se obligauerint vel dent fideiussorem de soluendo certã summam / puta q̃tum fuerit arbitratum vl' iudicatum deberi pro sepultura. Sed precipimus vniuersis et singulis presbiteris et alijs nobis subditis quatinus absq̃ tali pactiõe vl' obligatiõe seu pmissione aut fideiussione faciant debite officiũ sepulture in omnibus que ad ipsum spectant / et postmodum petere possunt a q̃bus oportet vt laudabiles consuetudines loci circa mortuaria et alia hmõi obseruentur.

Nono. Quia a .vij. vel .viij. annis citra multa litigia in nostra sunt exorta lingonensis ciuitate et dyocesi super hmõi laudabilibus consuetudinibus de soluendis mortuarijs rectores ecclesiarum parrochialium per que litigia multorum locorum parrochiani nituntur se excusare a solutione mortuariorum in totum vel in parte et tam modicum volunt soluere pro mortuarijs suorum parentum defunctorũ q nõnulli curati nihil vel modicũ habentes in redditibus nisi illud quod percipiunt in istis mortuarijs et sponsalicijs propter deffectum solutionis ipsorum mortuariorum suas ecclesias vacãtes reliquerũt: cũ eis non possent suum victum habere. Et sunt in dicta dyocesi quinquaginta ecclesie parrochiales et amplius sic vacantes neq̃ reperiunt qui eas velint accipere propter redditũum tenuitatem et contentionem vt predicitur ortam inter parrochianos et curatos super dictis mortuarijs. Nos q̃tum possumus talibus dispendijs obuiare volentes / statuimus et ordinamus quatinus sacerdotes

quotiens ministrent infirmis sacramenta ecclesiastica eos moneant ⁊ per oēs vias honestas inducant vt ipi infirmi ordinant de suo mortuario dicendo eis q̄ ista mortuaria que soluuntur curatis sunt ordinata vt ecclesia perpetuo oret ꝓ illis pro quibus soluitur mortuarium. Et etiam q̄ quicunq̄ decedit debet dubitare ne ignoranter vel scienter habuerit aliquid de alieno quod nescitur cui restituere tenetur / ⁊ quod mortuariū datur in restitutionē alieni. Et etiam q̄ non bene soluerunt decimas suas ⁊ primitias ⁊ alia que de iure diuino debentur ⁊ quod etiam propter hoc datur mortuarium / dicendo etiam q̄ infirmus per hoc q̄ ordinauerit de mortuario suo tollet contentionem que posset venire inter curatum ⁊ heredes suos quod est magnum bonū auferre contentionem futuram / ⁊ esset peccatum infirmo si posset euitare talem contentionem per hoc quod de mortuario suo ordīabit si non ordinaret / neq̄ debet infirmus salutem anime sue in voluntate suorum heredum ponere. Sed deb₃ ipse infirmus iuste ⁊ prudenter ordinare. Et cum restitutio incertorum ad nos ꝑtineat ⁊ nobis de dictis incertis restitutionibus deb₃ fieri restitutio seu solutio / ⁊ nulli alij nisi de mandato nostro. Quapropter quicquid tales infirmi voluerint pro suo mortuario vltra consuetudinem laudabilē ordinare / nos totum illud ad restitutionem incertorum volumus computari: sed in tantū q̄ntum donabit curato suo vltra consuetudinem laudabilem / eundem a restitutione incertorum liberamus ⁊ remittimus auctoritate presentis statuti ⁊ nostra.

Decimo. Si non fuerit aliquid per defunctū ordinatum ꝓ mortuario. tunc seruentur compositiones vel conuentiones alias facte super hoc in locis vbi sunt tales cōpositiōes. Alioquin recurratur ad consuetudinem: nec dicant curati q̄ consuetudo est vt ipi possint ꝓ mortuario exigere q̄ntum volunt vt possunt habere / sed debent se referre ad facultatē decedentiū ⁊ plus debeat diues q̄ pauper ⁊ mediocris q̄ modicus

Undecimo. Caueāt persone ecclesiastice sub interminatione maledictiōis eterne ne inducant aliquos ad vouendū iurandum fide interposita seu alias promittendum / vt apud eo

ruꝫ ecclesias eligāt sepulturas vel iā electas vlterius nō mutēt. Talis enim electio est irrita: ⁊ qui sic elegerit non debet ad ip̄as ecclesias nec alibi vbi elegerit sepeliri. Sed est sepeliēdus apud illam ecclesiam in qua erat sepeliendus si sepulturam non elegisset. ⁊ ecclesiastice persone que contra predicta fecerint sunt excommunicate ipso iure: nec absoluuntur nisi per papam vel in mortis articulo. Persone ecclesiastice que presumpserint tales qui sic vt predicitur sepulturas elegerunt in suis ecclesijs sepelire/tenentur ad restitutionem corporum sepultorum si petatur: ⁊ etiā omniū que ratione sepulture ad eos peruenerint integraliter infra deceꝫ dies restituere. Alioquin ecclesie ⁊ cimiteria vbi facte fuerint tales sepulture sunt interdicta vsqꝫ ad satisfactionem premissorum.

Duodecimo. Quilibet sane mentis ⁊ habet annos discretos potest eligere sepulturam ⁊ sepeliendus est in cimiterio vbi elegerit. Potest etiaꝫ pater facere sepelire liberos impuberes vbi voluerit si consuetudo loci hoc habeat/al's non. Filius etiam pubes sine consensu patris potest eligere sepulturam vbi vult. Cum quis eligit sepulturam alibi q̄ꝫ in sua parrochiali ecclesia/debetur parrochiali ecclesie canonica portio d̄ funeralibus que fiunt in sepultura dicta canonica portio/ ſm consuetudinem loci taxatur interdum ad dimidiam partem/quandoqꝫ ad quartam. Sed de illis qui eligunt sepulturaꝫ apud fratres mendicantes de iure debetur quarta portio de omnibus funeribus ⁊ de omnibus relictis ad quoscunqꝫ vsus certos vel incertos.

Decimotercio. Sub excommunicationis pena quā in his scriptis ferimus Prohibemus vniuersis ⁊ singulis specialiter sacerdotibus/ne corpora excommunicatorum per ipsos in mortis articulo absolutorum/nec etiam corpora subito decedentiuꝫ qui in morte ecclesiastica non receperunt sacramenta/vel eoruꝫ qui non fuerunt a peccatis in morte absoluti/licet in eis signa penitentie probentur apparuisse/non tradere presumant eccle-

siastice sepulture absq3 nostro mandato / vicarij aut officialis nostri.

Ecimoquarto. Si corpus excommunicati de quo constat ipsum fuisse excommunicatum tempore mortis fuerit scienter vel ignoranter traditum ecclesiastice sepulture / debet q̃cito potest exhumari: si ossa vel corpus potest ab ossibus aliorum discerni ꝛ separari ꝛ extra locum sacrum proijci: ipsumq3 cimiterium vel ecclesia vbi talis facta fuit sepultura est polluta et reconcilianda.

Ecimoquinto. Precipimus sacerdotibus ne sint tam inuerecundi q̃ sua temeritate se ingerant in anniuersarijs caritatibus ꝛ celebratione diuinorum atq3 conuiuijs seu caritatibus que fiunt pro defunctis / nisi fuerint ad ea vocati. et dum fuerint inuitati non ducant secum nisi suum capellanum ꝛ clericum nisi al's de voluntate vocantis procederet.

De decimis

Rimo. Decima est omnium bonorum iuste acquisitoruz decima pars deo data constitutione diuina debita: deus enim vniuersorum dominus dignatus est totuz dare ꝛ decimā retinere / non sibi sed dantibus profuturam.

Ecundo. Res acquiruntur interdum a persona interduz a predijs / ꝛ aliquando mixtim ex vtroq3. Jdcirco decime quedam sunt personales. quedam prediales. ꝛ quedam mixte.

Tercio. decime p̃sonales sunt que proueniunt ex rebus
- Ex quocunq3 artificio
- Ex quocūq3 negocio seu negotiatione
- Ex scientia ꝛ militia.
- Ex venatione ꝛ similibus.

De blado et vino.
De leguminib' grossis et minutis.
De quibuscunque generis que extra nascunt
De fructibus quorumcunque arborum.
De ortis seu ortilegijs.

Quarto. decime prediales que proueniunt ex reb' predialib'

De feno et canape
De pascuis et piscarijs.
De pensionibus domorum.
De prouentib' molendiorum etiam ad ventum
De furnis balneis et fullonijs
De argentifodinis lapidecinis.
De cretifodinis metallinis et similib'

Quinto. decime mixte que ex animalibus veniunt.

De agnis vitulis equis capris
De lana de opibus de ouibus
De pullis et ceteris animalibus et eorum prouentibus

Sexto. Decime personales debentur ecclesie / in qua dantes audiunt diuina et recipiunt diuina / et ita debentur parrochialibus ecclesijs.

Prediales vero decime debentur illi ecclesie in cuius parrochiatu predium situm est / hoc verum nisi aliquo iure speciali priuilegio. conuentione. compositione. prescriptione vel alio legitimo titulo ad alium huiusmodi prediales decime pertineant

Septimo. Circa decimas et solutionem eorum / laici aliqui nolentes ea soluere / querunt excusationem non soluendi per aliquas rationes / dicentes Primo quod non est peccatum non soluere decimam predialem. Item dicunt quod expense pro seminibus et cultura et pro recolligendis fructibus est deducenda prius quam soluatur decima: que expensa interdum excedit valorem fructuum / sic nihil vel modicum debetur pro decima. Item quod possunt pro decima soluere quantum volunt / etiam modicum: puta quinquagesimam vel septuagesimam partem prout eis in sua conscientia videtur. Item dicunt quod viri ecclesiastici habent satis

redditus/tam ecclesiarum q̄ꝫ patrimoniorum ⁊ debent esse con tenti ⁊ non petere vel exigere decimas. Item q̄ꝫ viri ecclesiastici sunt male vite. Item si aliquid soluant pro decima soluunt de peiori. Sed omnia predicta sunt contra diuinū preceptum: contra determinationem ecclesie: contra iura canonica: cōtra decreta sanctorum patrum ⁊ scripta sanctorum quattuor doctorum ecclesie principaliū scꝫ Gregorij. Augustini. Iheronimi. ⁊ Ambrosij. ac aliorum.

Ctauo. Quadruplicem remunerationem habet is qui fideliter soluit decimas. Prima est habundantia fructuum. Secunda sanitas corporis. Tercia remissio peccatoruꝫ. Quarta celeste regnum. Audi augustinum dicentem Si decimaꝫ dederis non solum habundantiam fructuum sed ⁊ corporis sanitatem recipies. Et qui primum comparare vult aut peccatorum indulgentiam desiderat promereri decimam reddat/⁊ de noueꝫ partibus restātibus elemosinā studeat dare paupib'. xvj. q. j. decīe.

Ono. Qui decimam non soluit prout debet punitur per contrariū eoꝝ qui supra exprimūtur: vnde deus per prophetā dicit. Quia mihi nō reddidistis decimas/ideo in fame et penuria maledicti estis. Et augustinus vt supra. Cum decimas dando celestia ⁊ terrena possis promereri: pro tua auaricia duplicem benedictionem fraudas seu perdis. hec est enim iustissima consuetudo: vt si tu illam decimam non dederis/tu ad decimam tuarum facultatum reuoceris ⁊ dabis impio militi quod non vis dare deo ⁊ sacerdoti. Et antiqui patres omībus copijs rerum habundabant/quia deo decimas dabāt. nūc autē fiscus quod non habet xp̄s. xvj. q. vij. Maiores.

Ecimo. Ad informandum laicos ⁊ eoꝝ conscientias sup solutione decimarum statutum iuris est per clemeñ. Cupientes per quod religiosi non percipientibus decimas sub attestatione diuini iudicij ⁊ interminatione maledictionis eterne iniungitur vt quotiens ipsi religiosi populo predicabunt in prima dominica quarta ⁊ vltima quadragesime. ⁊ in festis ascensionis domini. penthecostes. natiuitatis beati iohannis baptiste assumptionis ⁊ natiuitatis beate Marie virginis/si fuerint re

quisiti studeant expresse informare audientes suum sermonem necnon et hijs quorum confessiones audient conscientiā facere quod decimas soluere non obmittant. Ipsi autem religiosi qui sciēter obmitterent predicare populo non esse obmittendū solutionē decimarum vel illis quorum audiūt confessiōes nō facerent cōscientiā vt premittitur de solutione decimarum grauiter sunt secundum dictā clemen̄. puniēdi. Unī precipimus oībus rectoribus ecclesiarum quod requirātis pdicātes in suis ecclijs: et etiā audiētes cōfessiōes quod adipleant tenorē dicte cōstitutionis: quinimo ipsi curati dū audiunt confessiones illud statutum iuris studeant adimplere.

De sortilegijs

Primo. Sortilegia Diuinationes quas vocant charees et alias superstitiones quocunque nomine nūcupantur / per diuinam legem et iura euidenter iam prohibita / etiam nos fieri prohibemus / precipiendo sacerdotibus quatinus presens statutum legant et publicent in suis ecclesijs / denunciando quod nullus ponat fidem vel credulitatem suam in predictis que solum sunt quedam fallacie antiqui hostis vt homines faciant errare in fide. Et illi qui dicuntur diuini seu diuinatores vt plurimum nihil sciūt de dictis sortilegijs: sed decipiunt homines vt ab eis pecunias per talem modum extorqueant.

Secundo. Quia mulieres fragiliores sunt natura quam viri: ideo inimicus prout fecit in prima muliere / etiam hodie plus temptat mulieres de istis sortilegijs quam viros. Quapropter sacerdotes diligentius se habeāt erga mulieres super istis sortilegijs eas frequentius etiam secrete monēdo et instruendo quod caueant ab ipsis sortilegijs / presertim si sacerdotes aut per aliquas coniecturas presumant aliquam mulierem se intromittere vel fidem dare talibus sortilegijs prohibitis: mulieres enim multum curiose sunt ad procurandum sanitatem suorum puerorum quā credunt habere per talia sortilegia: et per ipsa ipsi pueri frequenter incurrunt mortem: quod sacerdotes fieri prohibeant

Tercio. Mandamus districte precipientes / in virtute sancte obedientes / singulis prebiteris etiam non curatis iu-

Item ad sopiendas lites et discordias que sepe oriuntur ex transitu liberorum oriundorum et baptisatorum in ali qua parrochia nostre dyocesis cu suis parentibus aut altero il lorum ad alteram seu alias parrochias se transferentibus Sta tuimus q deinceps quotienscunq aliquis cum parentibus aut altero illorum se de parrochia in qua oriundus aut baptisatus extitit transfert ad aliam: in qua cum dictis parentibus aut al tero illorum tamdiu moram trahit q dicti parentes seu alter eo rum de iure vel iuxta consuetudinem locorum nubi merito par rochiatum acquisierunt. Ex tunc dicti liberi sic transeuntes cen seantur cum dictis parentibus eorum parrochiatum acquisiuis se / prouiso q dicti eorum parentes litteras habuerint dimissori as seu certificatorias et q vt p̃missu ẽ pro parrochianis habeãt

In titulo de beneficijs ecclesiasticis fructi bus et oneribus eorundam prohibitaq alienatione rerum et bonorum ipsorum.

Item quia in septimo statuto dicti domini ludouici est sa lubriter statutum / ne quis beneficiatus tradat in emphi theosim vel ad censum perpetuum sine auctoritate sui superio ris sub penis in dicto statuto contentis: vt hoc salubre statutum perpetuo seruetur mandamus et precipimus omnibus et singu lis archidyaconis et decanis nostris vt super predictis alienatio nibus diligenter et prouidenter inquirent et annis singl'is p̃mis sa in nostra synodo nobis fideliter referant vt contra tales alie natores procedamus et procedi faciamus prout iuris fuerit et ra tionis.

Item. Quia in primo statuto domini philippi prouide statutũ est q̃ cũ rectores post recollectionẽ fructuũ decedunt eorũ heredes fructus recollectos omniaq̃ bona decedentiuȝ acipiunt: nihil de eisdem futuris rectoribus dimittendo: vñ per illud statutũ prouisum est q̃ certa portio ad arbitriũ nostri officialis eisdem nouis rectoribus dimittatur: ⁊ vt hoc statutum inuiolabiliter ⁊ cũ effectu seruetur/ volumus ⁊ mandamus quatinus si recollectis fructibus rectorem alicuius parrochie cõtingat decedere: decani in quoꝝ decanatibus dicti rectores decesserunt/ dicta bona in nostra manu ponant saisiant ⁊ arrestant ⁊ de eisdeȝ inuentarium fideliter coram testibus fidedignis faciãt: vt sic dictis nouis rectoribus facilius prouideatur quos ad ipsos decanos commissarios esse volumus ⁊ deputamus.

Item quia parrochiani ad edificationem ⁊ reparationeȝ domus presbiteralis ⁊ presbitralis manualis tenent̃. Aliquando dictam domũ presbiteralem vna cum presbiterio predicto in bono ⁊ competenti statu repararunt: manualeq̃ presbiteriũ rectori tradiderũt. Sȝ interdũ mala administratiõe rectoris interueniente in ruinã collabuntur/ volumus ⁊ ordinamus: q̃a dicti rectores merito ad dictas reparationes teneantur ipsorum rectorũ etiã bona ad dictas obligantur reparationes ⁊ ypothecãtur: q̃ si contingat dictos presbiteros predictas suas parrochiales ecclesias resignare simpliciter ⁊ dictis suis ecclesijs p̃ mortem cedere: vt melius ⁊ facilius dictis reparationibus prouideatur/ bona: ipsoruȝ sic decedentium in manu nostra per suos decanos ponantur ⁊ arrestentur de eisdemq̃ similiter fiat debitum et fidele inuentarium.

Item quia sunt nõnulli decani rurales de consuetudine iurisdtionem habentes spiritualem cognitionẽ tamen limitatam vsq̃ ad quinq̃ solidos turoneñ. et non vltra/ q̃ hmõi iurisditione abutunt̃/ satagẽtes cognoscere de quacũq̃ causa et somma coram eis petita/ etiã si centum librarum turoneñ. excedat sommã/ allegantes pro eorum excusatione q̃ propter reũ remissio non petitur ad officialem nostrũ seu curiaȝ nr̃am aut eoꝝ iuriditio nõ d̃clinat̃. Non attẽdẽtes q̃ habẽt iurisditionẽ limita

tam.Statuimus ꝛ ordinamus ꝙ de cetero ipsi dacani de hmōi causis vltra dictam sommam quinqȝ solidorū turoneñ.exceden tibus/incontinenti ꝛ indilate etiā absqȝ partis petitione coram offiliali nostro lingonensis remittant:ꝛ quasquidez cās tenore presentis edicti remittimus ꝛ reuocamus decernendo ꝛ declarā do nullum ꝛ inualidum quicquid per huiusmodi decanos in cō trarium gestum vel actum fuerit.

In titulo de litteris exequendis.

Uia sepe contingit aliquos pro contumatia excommuni catos populi verecundia plusqȝ dei timore vel vindicta ꝗ solum ad euittandum ne pro excōmunicatis nominantur ꝛ pu blicentur per litteras de visuris absolui/etiam iteratis vicibus pro eadem contumatia se absolui procurant/partes ad quorum instantiā sunt excōmunicati citari faciendo.Nos talibus abusi bus obuiare cupientes omnibus curatis ꝛ vicarijs mandamus quatinus diem contumatie necnō annexe si sit in litteris visuali bus ꝛ etiā dies receptionis earundem contumatie ac visualiuȝ in suis registris describant/quotiens visuales littere pñtabūtur sibi videant in dictis suis registris/et si iam similes receperint/il las sibi secundo presentatas non recipiāt nisi forsan in dictis su is registris reperiāt ꝙ post receptionē primaꝝ litterarū visualiū alias litteras excōmunicatorias pro eadē cōtumatia ad eandeȝ instantiam recepissent:vel forsitan nisi in secūdis litteris visuali bus mandaretur ꝙ pͥmis non obstātibus illas posteriores reci perent.Et ne ipsi curati ꝛ vicarij excusationem seu ignorantiam pretendere valeant/volumus deinceps in dictis litteris visuali bus post illa verba pro relaxata interim habeatis poni clausulā sequentem/videlicet.nisi iaȝ similes visuales litteras nostras re ceperitis/quo casu non recipiatis presentes.

In titulo de iurisditione spirituali

Uia multi officium notariatus nostre iurisditionis spiri tualis exercerunt absqȝ eo ꝙ inscripti fuerint cum inscri ptione signi manualis eorum quo in tabellionatus officio vti vo lunt:quia cum alijs īmatriculatis in matricula penes sigillifeꝝ nostrum existente ad id specialiter ordinata/vnde interdū in iu

dicio curie nostre officialatus oriri questiones super signis solēt Statuimus quod omnes notarij in antea recepti qui non sunt im matriculati et inscripti seu etiam de cetero creandi seu recipiendi infra sex menses a die nostre presentis synodi computādos aut a die creationis huiusmodi signum suum quo in passandis cō-tractibus seu instrumentis vtuntur et vti volunt/ in dicta carta seu matricula ponant/ moreque aliorum se subscribant sub pena priuationis dicti officij/ decernentes ex nunc et declarātes dicto tempore elapso quod dicto notariatus officio non vtantur etiā eos si et quatinus opus est priuantes prout et tenore presentis statu-ti priuamus.

Item sunt nonnulli rectores curati seu vicarij pro iurib' suis parochialibus etiam interdum spiritualibus deci-mis sepulturis matrimonijs parrochianos suos ad forum secu lare vetitum trahentes/ iuridisditionem immunitatemque eccle siasticam in hoc non modicum ledentes: non attendentes quod ve niunt contra eorundem propriam professionē et iuramentū ausus temerarios talium cohibere volētes. Statuimus et ordinamus etiam sub excōicationis et arbitraria pena ne de cetero per pdi-ctos rectores seu quascūque personas ecclesiasticas talia fiant seu perpetrentur. Cum intimatione nihilominus quod presentis statu ti trāsgressores alijs penis puniemus prout iuris ordo dictabit

Item mandamus et iniungimus omnibus decanis et cu ratis nobis subditis/ videlicet ipsis decanis quod infra quin-decim dies proxime venturos a scriba et secretario nostro/ ipsi vero curati infra duos menses a die hodierna computādos ab eisdem decanis predicta nostra statuta recipiant et habeant

Item ordinatum fuit quod pro dupplo seu copia presentium statutorum collacionata curati tm̄ decano soluant duos grossos turon̄.

Sequuntur alia statuta dicti reuerendi patris domini guidonis episcopi per eum edicta in sua synodo ge-nerali celebrata Anno domini millesimo quadringē tesimo quinquagesimo sexto. Primo

Uia in obseruatione statutorum tam per predecessores nostros q̄ per nos temporibus retroactis in synodis edictorum q̄ multi negligentes ꝛ tepidi reperiūtur. Ea propter nō nulla eorum a quibus frequentius eos deuiare cognouimus hic iussimus esse recitanda quatinus ex eorum recitatione qui prius fuerunt in eorum obseruatione remissi / a modo sint diligentes ꝛ attenti. Scituri ꝙ nisi hac curatius que in dictis statutis canentur studuerint adimplere / nos penis in eisdem contentis ꝛ alijs grauioribus ꝯtra eos viriliter ꝓcedemus. Et p̄mo

Legantur ꝛ debite exequantur que statuerunt bone memorie nostri predecessores ꝛ nos statuimus prout sequitur

In titulo de baptismo dn̄s philippus vnicum statutum.

In titulo de sacramento confirmationis vltimum statutum domini ludouici

In titulo de sacramento eucaristie vltimum dicti domini ludouici: ꝛ domini moderni similiter

In titulo de eccl'ijs ꝛ cimiterijs dn̄s karolus tercius ꝛ quartus.

In titulo de casibus reseruatis.

Licet per ea que in dicto titulo cōtinentur periuria indifferenter ꝛ etiam peccata publice confessa vel etiaꝫ in presentia plurium per iactanciam vel al's confessata / ratione huiusmodi publicationis sint reseruata: nihilominus tamen curatis concedimus de gratia speciali ꝛ ex causa ꝙ hinc vsqꝫ ad proximam synodum de periurijs siue blasphemia extra iudicium et sine lesione partis: similiter ꝛ de dictis peccatis publicis ratiōe dicte publicationis reseruatis possint absoluere.

In titulo de festiuitatibus

Quoniam gloriosus dei amicus ꝛ martir beatus Desiderius predecessor noster / huius vrbis inclite presul dignissimus: qui merito caput est ꝛ metruꝫ totius dyocesis: in qua etiā vrbe miraculose electus eam insigniuit innumeris prout quotidie non cessat insignire miraculis. Nos ipsum inter alios sanctos deserereuereri cupientes prout et tenemur mandamus omnibus ꝛ singulis nobis subditis. Et nihilominus tamen in virtute sancte obediencie ꝛ sub pena peccati mortalis iniungimus

quatinus diem festi dicti gloriosi martiris sollenniter obseruare studeant. Et generaliter per nostras ciuitatem et dyocesim feriare precipientes omnibus et singulis ecclesiarum rectoribus quatinus dictuz festū ad prona ecclesiarū suarū vt est moris de alijs festiuitatibus colēdis esse feriandum publicent et denuncient.

In titulo de vita et honestate sacerdotum legatur totus titulus domini ludouici.

In titulo de testamentis et sepulturis primuz / octauum nonū et decimū statuta dicti domini ludouici.

In titulo de sententia excōmunicationis vltimuz statutū dicti domini ludouici.

Item quod omnes decani antequam recedant recipiant a nostro procuratore generali seu promotore officij certas indulgentias a summo pontifice nuper transmissas et tenebuntur oms curati nō hn̄tes a suis decanis recipe īfra pmā iunij: quas indulgentias exponant ppl'o diligenter ad pna suarum ecclesiarum.

Primo.

Quia nimis longum esset tam antiqua quam noua legere statuta / illa precipue que per ordinem dn̄i nostri ep̄i moderni lingonensis legentur. Circa que viror ecclesiasticorum neglectus esse maior videtur.

Primo

In titulo de baptismo. Primū secundum et terciū legantur et in eodem primū statutum domini philippi incipiens In pimis.

In titulo de sacramēto confirmatiōis pmū et vltimū statuta.

In titulo de sacramento eucaristie vndecimum et vltimū statuta et vnicum domini moderni legantur.

In titulo de vita et honestate clericorum totus titulus antiquus et in eodem primum statutum domini philippi.

In titulo de monasterijs totus titulus antiquus.

In titulo de beneficijs ecclesiasticis pmū et vltimū statuta

In titulo de testamentis primum et vltimum statuta

In titulo de litteris exequendis duo statuta domini philippi

In titulo de iurisditione spirituali totus titulus et primus domini philippi legantur.

 Item statuta dicti domini guidonis

Sequuntur alia statuta predicti domini guidonis episcopi in dicta sua synodo generali edicta Anno.lix.

1459

Primo

Quamuis propter casus dietim emergētes plurima possēt in dubiū reuocari: quia tamen tam p bone memorie dnm ludouicum cardinalē predictū q̄ per karolū et philippū nostros predecessores plurime constitutiones edicte sunt / ad quas casus emergentes ꝯtinuo bn̄ intuēti faciliter possunt reduci: ne magnitudo iugi suscepti ceruices premat subditoꝝ multitudoq̄ gn̄et cōfusionem: et vt melius intendere valeant dictaꝝ ꝯstitutionum lecture / p̄dicti subditi post sūptionē cibi et potus ꝓut al's p nos ordinatū est / has modicas ꝯstitutiōes dūtaxat edere curamus.

In titulo de casibus reseruatis.

Quia in synodo nouissime celebrata pmissum fuit curatis de gratia q̄ vsq̄ ad sequentem synodum valeāt absoluere de piurijs vt prius / et similiter de omnibus peccatis reseruatis propter publicationem vt supra. Adhuc de gratia permittitur prefatis curatis de iam dictis casibus / quinetiam de adulterio quo ad vxores et defloratione virginum non violenta vsq̄ ad ꝓximam synodum absoluere.

In titulo de festiuitatibus

Licet etiā nonnullos imo q̄ pluꝛes kalendaria non habentes et si habuerint non correcta reperiuntur: adeo q̄ in quibusdam parrochijs nostre dyocesis per quosdam curatos festa quedam feriari precipiuntur: et per alios sibi vicinos non p̄cipiuntur obseruari. Precipimus vt singuli curati non habentes dicta klendaria habeant / habentes vero nō confirmata aut conuenientia kalendario nostro confirment et collationēt intm̄ q̄ singula kalendaria predicta in obseruatione festiuitatum feriandū concordent: quequidem kalendaria decani a secretario nostro vel promotore generali infra mensē et curati infra duos mē ses a dictis decanis tenebuntur recipere.

In titulo de beneficijs et oneribus eorundem

Item etiam q̄ plurimi minus sufficientes titulos super suis beneficijs comperiuntur habere / ne ingressus dicto

rum beneficiatorum in dictis beneficijs pateat viciosus/ ⁊ vt etiam dicti beneficiati intrent per ostium in ouile/ ⁊ non/ tanq̃ fures per fenestras ⁊ sine canonica institutione basilensis concilio exhortantes. Omnibus ⁊ singulis beneficiatis curatis ⁊ non curatis precipimus quatinus titulos suorum beneficiorum singulorum infra mensem vicario seu sigillifero aut alio ad hoc commissis nostris tradere teneantur.

Sequuntur alia statuta edicta per ipsum dominũ guidonem episcopum Anno dñi millesimo.cccc.lx.

Primo

Uia prout experientia docet q̃ plurimi curati sunt remissi ⁊ negligentes circa obseruationem statutorum synodalium tam antiquorum q̃ nouorum/ quod quidã procedit: quia in dictis statutis non student prout tenentur propter que multa incurrunt animarum pericula. Cum nonnulli ex eis contineant sententiam excõmunicationis ipso facto. Et sic eorum transgressores se immiscentes diuinis sunt irregulares. Alia vero sunt statuta ferende sententie excommunicationis: circa que videretur aliquibus prouidendum eadem statuta renouando aut nouam penam addendo. Sed quia nihil esset aliud q̃ repetere quod iaꝫ scriptum est ⁊ nouis penis atterere. Idcirco Reuerendus pater dominus noster lingonensis episcopus mandat ⁊ iniungit suis archidyaconis alijsq̃ officiarijs ad quos spectabit ⁊ spectat q̃ se de hmõi transgressoribus informent diligenter. Et si per informationem aliquos reperierint transgressores eosdem declarent irregulares vel sententia excommunicationis incurrisse aut in eis inferant sententiam excommunicationis aut alijs penis puniant iuxta tenorem et rigorem statutorum huiusmodi. Insuper nonnulla ex eis ad que plurimi vestrum non multum aduertunt precepi legi. Primo

E modo veniendi ad synodum in statutis domini ludouici legatur articulus tercius.

In titulo de baptismo domini philippi vnicum statutum.

In titulo de vita ⁊ honestate sacerdotum in statutis domini

ludouici totus titulus

In titulo de sententia excommunicationis in eisdem statutis quartusdecimus articulus.

In titulo de monasterijs ꝛ prioratibus domini moderni statutum vnicum

In titulo de baptismo

Cum sit nimis onerosum ꝛ graue decanis nostris ruralibus precipue in extremitatibus nostre dyocesis constitutis infra sabbatum in albis post pascha personaliter venire vel mittere capellanum vel alium in sacris ordinibus constitutum ad petendum vel recipiendum in ecclesia cathedrali lingonensis sacras vnctiones iuxta nostrorum p̄decessoꝝ statuta: ꝛ satis cito post ī synodo nostra generali que solꝫ annis singulis celebrari vt dictum est Ad reuelandum hm̄oi decanos a laboribus ꝛ expensis hm̄oi statuta duximus taliter moderanda / videlicꝫ ꝙ dū ꝛ quando contingerit dictam nostram synodum celebrare .iiij. feria post dominicā de Misericordia dn̄i in dicta ecclesia lingoneñ. Decani infra dictam quartā feriam sub penis in dictis statutis contentis dictas sacras vnctiones habeant renouare et recipere solum sint astricti. Curati vero a dictis decanis infra dominicā de Cantate sequētē. Quos decanos ꝛ curatos ad p̄missa faciētes / ꝛ infra p̄dictū terminū monemus ꝑ p̄ n̄tes ꝛ sub penis in dictis statutis declarat / in casu vero ꝙ an̄ dictā nr̄am synodū celebrare nō voluerimus forte alijs occupatiōibus occupati / dictis statutis ī aliq̄ derogare nolumus: sꝫ ea ī suo robore ꝑmanere. Tenebūtq̄ꝫ dicti decāi officialē nr̄m aut sigilliferꝫ de curat remissis ꝛ negligētibus ad capiēdū dictas sacras vnctiones infra dictū terminū certiorare / vt ꝓ eos sic remissos ꝛ negligētes ꝛ ad declarationem pene in dictis statutis contentis procedatur.

In titulo de testamentis

Quia forte propter exactiones ꝛ molestationes que dicuntur inferri ꝛ per promotorem testamentorum multi nostri subditi ad passandū eoꝝ testamēta seu volūtates extremas corā curat nostris aut tabellionibus curie nostre sp̄ūalis retrahuntur volumus statutū a predecessore nostro bone memorie philippo

quo ad taxationem sigilli publicationis testamentorum ac sala rij promotoris in omnibus ⁊ per omĩa obseruari: inhibentes vlterius eidem promotori q̄ de cetero heredes alicuius defuncti q̄ aliqua ꝑ anima sua ordinauerit non citet aut citari faciat ad videndum hmõi ordinationem extremã publicari / nisi idem defũctus ordinauerit suam extremam voluntatem seu ordinationem in scriptis redigi aut publicari vel in ea aliquid contineatur qđ respiciat perpetuitatem. Volumus nichilominus q̄ idem ꝓmotor heredes defuncti aut cõmissos per defunctum ad exequẽdum hmõi ordinationem post dimidium anni a die mortis dicti defuncti possit coram officiali nostro citare ad docendũ si ordinata ꝑ aĩa per hmõi defunctũ adimpleuerint / ⁊ de qua adimpletiõe quittantiam teneant᷑ recipere: pro qua dictus promotor pro suo salario vltra sommam trium solidorum ⁊ quattuor denariorum turoneñ. ⁊ sigillifer pro sigillo dicte quittantie vltra consimilem sommam triũ solidorum ⁊ quattuor denariorum turoneñ. non valeant exigere.

In titulo de festiuitatibus

Cum beatus christi confessor robertus qui insigne monasterium molismense fundauit ac ordinis cisterciensis caput ⁊ inuẽtor fuit / suo vt decet gaudeat honore: volumus ⁊ ordinamus eundem in kalendario nostro annotari ⁊ .xxix. die aprilis super littera g. inscribi ⁊ de eo sicut de confessore finaliter s̄m vsum lingonensis fieri.

De casibus reseruatis

Quia in synodo nouissime celebrata permisimus curatis de gratia speciali q̄ vsq̄ ad sequentem synodum valerẽt absoluere de adulterio quo ad vxores ⁊ defloratio virginum de eorum consensu facta. similiter etiam permittimus q̄ idem facere possint ⁊ valeant vsq̄ ad synodum proximo celebrandam quacunq̄ reseruatione per priora statuta facta non obstante

Preterea reuocamus omnes procuratiões. facultates absoluendi. citationes generales. litteras de placet questarum siue indulgentiarum. demptis de sancto spiritu ⁊ sancto anthonio vt in alijs statutis habetur

Sequuntur ea que in synodo sequenti ordinata fuerũt per ipsum dñm guidonem Anno. lxiiij. 1464

Legentur curatius que statuerunt bone memorie dñi ludouicus in titulo de sacramẽto eucaristie. xxx. multi homines ꝛ dominus modernus in eodem.

Item quod idez dominus modernus in titulo de vita ꝛ moribus sacerdotum.

Item idez dominus ludouicus in titulo de monasterijs per totum. ꝛ dominus modernus similiter in eodem.

Item quod dominus philippus in titulo de iurisditione spirituali cum statuto antiquo Excõmunicamus aggrauamus ꝛc.

Item quod idem dominus philippus in titulo de beneficijs ecclesiasticis capitulo vltimo ꝛ capitulo Quia.

Item quod idem dominus ludouicus in titulo de sententia excõmunicationis capitulo decimo ꝛ vltimo. ꝛ dominus karolus in eodem titulo.

In titulo de festiuitatibus Trãslatio sancti martini feriatur in ciuitate tm̃.

Item de gratia speciali idem dominus modernus vsqȝ ad synodum proximaȝ concessit curatis suis ꝛ alijs sacerdotibus sue dyocesis facultatem eligendi confessorem ydoneum qui valeat ipsos absoluere de peccatis sibi reseruatis.

Sequũtur festa totius anni colenda ꝛ ab omnibus obseruanda ẜm statuta synodalia nouiter edicta in hac lingo. dyocesi.

Januarius
Circuncisio domini
Epiphania domini
Sanctoꝝ geminoꝝ
Uincentij martiris
Conuersio sancti pauli

Februarius
Purificatio btẽ marie v̓g.
Cathedra sancti petri
Mathie apl'i.

Marcius
Annunciatio dominica

Aprilis
Marci euangeliste
Nota ꝙ feria. ij. iij. ꝛ. iiij. post pascha coluntur ab omnibus

Mayus
Philippi ꝛ iacobi apostolorum
Inuentio sancte crucis
Johãnis añ portam latinam

Gengulfi in ciuitate tm̄.
Desiderij epi lingonen̄.

Junius

Barnabe apl'i
Natiuitas bt̄i iohis bapt.
Apl'oꝝ petri ⁊ pauli
Nota q feria secūda ⁊ tercia post pēthecostē tm̄ colūtur.

Julius

Marie magdalenes
Jacobi apl'i ⁊ xp̄ofori
Translatio beati martini in ciuitate tm̄

Augustus

Ad vincula sancti petri
Laurencij martiris
Assumptio btē Marie vg.
Māmetis martiris
Bartholomei apl'i
Dedicatio ecclesie beati mā-metis in ciuitate tm̄
Decollatio bt̄i iohis bap.

September

Natiuitas btē Marie vg.
Mathei apl'i
Michaelis archangeli.

October

Translatio beati māmetis.
Luce euangeliste
Simonis ⁊ iude apl'oꝝ

Nouember

Festum oīm sanctoꝝ
Martini epi.
Clementis pape
Andree apl'i

December

Nicholai epi
Cōceptio btē Marie virginis.
Thome apl'i.
Natiuitas domini
Stephani prothomartiris.
Johannis euangeliste
Sanctoꝝ innocentium.
Siluestri pape
Et in qualibet parrochia festum patroni loci ac dedicatio ab omnibus obseruetur

Sequuntur constitutiones edite per reuerendum in christo patrem ⁊ dominum / dominū guidonem episcopum ⁊ ducem lingonensis parem francie ac cancellarium excellentis ordinis domini nostri regis / in sua generali synodo celebrata vt infra sequitur.

Nos guido predictus miseratione diuina episcopus et dux lingonensis/iuxta credite dispensationis officium subditorum nostrorum cōmodis inq̄tū nobis ex alto concessum fuerit prouidere/ꝛ litiuȝ anfractus quos humana natura nouas semp deproperans edere formas dietim ad inuenire conatur. Nunc antiquoꝝ moderatione seu declaratione/nūc nouorum statutorum edictione reprimere volentes Omnibus ꝛ singulis abbatibus abbatissis archidyaconis decanis seu archiprebiteris prioribus curatis ecclesiarum rectoribus ꝛ clericis per ciuitatē ꝛ dyocesim nostras constitutis Notuȝ facimus/ꝙ in generali synodo in nostra lingonensis ecclesia per nos celebrata Anno dn̄i millesimo quadringētesimo septuagesimonono/die mercurij post dn̄icā qua in ecclesia dei pro introitu misse cantatum fuit Misericordia dn̄i/que fuit vicesimaoctaua mensis aprilis Additiones specificationes limitationes ꝛ moderationes subsequētes perpetuo valituras matura deliberatione prehabita edidimus ac fecimus modis ꝛ forma sequentibus. 1479

Et primo in titulo de sacro baptismi.

Constitutionem domini philippi nostri predecessoris super titulo predicto articulo primo renouantes dampnamus ꝛ penitus reprobamus abusum illum quo passim ꝛ indifferenter temporibus retroactis fuerunt infantuli ex vtero matrum suarum suffocati qui vulgariter dicunt mortui nati/quorum etiam aliqui fuerunt ad ecclesiaȝ delati/certis diebus ac noctibus coram imaginibus sanctorum appositi/a principio frigidi ꝛ tāq̄ baculus rigidi.sed per ignē carbonū ꝛ q̄nq̄ cereoꝝ ꝛ lāpadū accensoꝝ molles effecti/in quibus color rubeus ad tēpus ꝛ sanguis fluēs a naribus apparuit. Quoꝝ etiā aliq̄ sudare sup orificio stomaci visi sunt ꝛ venas timpales ꝛ frōtis ac circa collū aliq̄ntisper mouere. Alteꝝ oculoꝝ apire ꝛ claudere:flatū a narib' calidum emittere/a quo plume naso apposite assufflantur:perfusi sacri baptismatis vnda ꝛ depost in cimiterijs ecclesiasticis fuerunt tumulati. Hos igitur ꝛ similes abusus de cetero sub excōmunicationis pena ꝛ emendere arbitrarie per nostras ciuitatem et dyocesim districtius fieri prohibemus:inhibentes ne sa

cramentum aliquibus conferatur/ne etiaꝫ in ecclesiastico cimiterio tumulentur aliqui quos verisimiliter constiterit vita naturali aut miraculosa caruisse. Et quia sunt quedaꝫ mulieres se de premissis abusibus propter questuꝫ intromittētes: ipsis hoc facere de cetero inhibemus: prohibemusqꝫ omnibus ne tales mulieres ad talia de cetero in suis ecclesiis recipiant seu admittant Sed ne laici ex hac prohibitione scandalisati remaneant volumus ꝙ cum predicta occurrerint/ad curatos singulorum locorū specialis habeatur recursus. Cum autem caput vel aliud membrum principale extra vterū matruꝫ apparuerit/taliter ꝙ cognoscatur esse vita ⁊ anima in infante: tunc iuxta formam ⁊ tenoreꝫ cōstitutionis dñi ludouici nostri predecessoris in titulo de sacramento baptismi articulo. xij. super illo membro exterius apparente/per obstetrices vel per quemlibet aliū presentē infundat aqua ⁊ dicantur verba baptismi in forma consueta Enfant ie te baptise ou nom du pere ⁊ du filz ⁊ du saint esperit Amen. Iteꝫ renouamus circa pretactum sacramentum baptismi constitutioneꝫ dñi karoli de pictauia nostri predecessoris/in titulo de sacramento baptismi/articulo primo continentem Inhibentes omnibus subditis nostris ne plures ꝙ̄ duo masculus ⁊ femina in cathecismo seu baptismo manum apponant: ne etiaꝫ sacerdotes vbi plures occurrerent vlterius procedant. Et hoc sub excōmunicationis pena/quā quilibet p̄dictoꝝ cōtrariū faciēs incurret ꝓut in dicta ꝯstitutione dicti nr̄i p̄decessoris latius cōtinetur

In titulo de sacramento eucaristie

D sopiendas lites ꝙ̄plurimas que dietim oriuntur inter subditos nostros causa transitus seu translationis parrochianoꝝ vnius parrochie ad aliam parrochiam se transferentiū Statuimus ⁊ ordinamus ꝙ de cetero transferentes de vna parrochia ad aliam/ex quo in parrochia ad quam se trāsferūt morā fecerint per annum ⁊ diem/siue tales sint firmarij coloni portionarij aut admodiatores siue al's quouismodo/erunt veri parrochiani ⁊ indubitati rectorum locoꝝ ad que se de nouo transtulerint: ipsiqꝫ tenebuntur ⁊ eorum heredes soluere carucas ⁊ omīa alia iura: parrochialia ad que alij parrochiani tenentur. Et ta-

men vnicuiqꝫ ius suum seruetur/inhibemus sub penis excommunicationis ⁊ emende arbitrarie omnibus rectoribus ecclesiarum parrochialium nostrarum ciuitatis ⁊ dyocesis ne eosdem sic ad eos denouo venientes ad sacramenta ecclesiastica recipiant/nisi primo habitis litteris certificatorijs de recedo vel de bono statu primorum curatorum seu rectorum locoruꝫ a quibus se sic transtulerunt. Et si contrarium fecerint tenebuntur curatis primorum locorum in summa duorum grossorum pro littera de recedo vulgariter nuncupata/ad quam soluendum eosdem condemnamus per hoc nostrum presens statutum/nulla alia sententia expectata vel obtenta ⁊ a nobis seu officiali nostro al's corrigentur ⁊ inultabuntur.

Item Cum sufficere debeat regulariter vnam missam in die digne celebrare valdeqꝫ sit felix qui hoc facere potest. renouantes constitutionem domini ludouici d' barro nostri predecessoris. Inhibemus omnibus subditis nostris ne aliquis eorum duas missas celebrare in die presumat nisi in casibus a iure permissis/latius in dicta constitutiōe domini ludouici in titulo de sacramento eucaristie articulo vndecimo specificatis/declarantes ⁊ ad dictam constitutionē addentes/q̄ pro questu nullus in die potest duas missas cerebrare/etiam in duabus ecclesijs simul vnitis. Non tamen propter hoc intendimus defraudare alteram dictarum ecclesiarum seruicijs cōsuetis diebus dominicis ⁊ alijs diebus etiam non feriatis in quibus misse ordinarie debentur. Sed extra easdem ecclesias vnitas pro questu siue alia quacunqꝫ causa secundam missam celebrare omnino de cetero prohibemus.

Et quia dictus vndecimus articulus constitutionum domini ludouici de barro nostri predecessoris in titulo de sacramento eucaristie versiculo Et in primis duabus missis non debet sumere vinuꝫ post sumptionem sanguinis. Alioquin nō esset ieiunus nec posset postea celebrare/nisi tamen post sūptionem vini dormiuisset videtur innuere ſm litteram iacentem. Et si in dicta die natiuitatis domini in prima missa quis sumpserit vinū perfusionis/si postea dormierit/alias binas missas vl' vnā

celebrare possit. interpretando declaramus illud non esse licitũ cum doctores habeant pro deciso ꝙ si post mediam noctem aliquid sit sumptum / talis non potest eadem die missam celebrare etiam si dormitio subsequuta fuerit.

Item ⁊ circa parochiatũ de nouo acquirendũ statuimus ⁊ ordinamus ꝙ vbi post obitum alterius ex parentibus videlicet patris vel matris / superuiuens parens se transfert de vna parochia ad aliam ⁊ liberi existẽtes seu alter ipsoꝝ se transferunt seu transfert ad loca peregrina ⁊ inibi seruiẽdo vel al's morando stent per duos tres quattuor vel plures annos / tunc cum redierint ⁊ matrimonium contrahere voluerint erũt ⁊ censebũtur parochiani locorum illorum quorum pater vel mater supuiuens tempore dicti contractus erunt parochiani nec super dicto matrimonio contrahendo tenebũtur obtinere litteras certificatorias seu de recedo a curatis originis seu primis ex quo dicti pater vel mater subuenientes se transtulerunt de vna parochia ad aliam ⁊ inibi steterunt per annum ⁊ diem / licet cum eis non transierint: secus tamen si in loco originis remanere voluerint ⁊ ad aliam parochiam cum parente supuiuẽte se minime transtulerint: quia tunc illius parochie remanebunt.

In titulo de sacramento matrimonij

Quia in ciuitate ⁊ diocesi nostris pretextu cuiusdam damnande consuetudinis verius dicende corruptele temporibus a iure prohibitis infra declaratis solent fieri festiuitates seculares nuptiarum / ducendo sponsas ornatas ad ecclesiam mimis ⁊ hystrionibus precedentibus / cũ magno apparatu amicoꝝ rum ⁊ parentum sequentium / deinde ad domum traducendo ⁊ inibi splendide epulendo ⁊ corisando. Quibus ꝑfecto vtilius esset teste beato Augustino / vineas fodere ⁊ agros colere. Cum itaqꝫ hec ⁊ similia per sacros canones illis diebus fieri prohibeantur / nos qui conseruatores executores sacrorum canonũ esse debemus / easdem vel consimiles festiuitates a dominica septuagesime inclusiue vsqꝫ in octabis pasche / ⁊ a rogatiõibus vsqꝫ in octabis penthecostes / ⁊ a prima dominica aduentus domini inclusiue vsqꝫ post festum apparitionis eiusdem sub pena excom-

municationis τ emende arbitrarie nobis τ elemosine nostre ap plicande fieri de cetero prohibemus.

Tem τ quo ad derisiones vulgariter nuncupatas chareuary in hac nostra ciuitate specialiter fieri solitas contra secundo vel vlterius nubentes innouamus constitutionem domini karoli de pictauia nostri predecessoris in suis statutis titulo de sacramento matrimonij articulo finali contentam/volentes τ ordinantes vt sic saltē metu penarū homines arceātur a dictis insolencijs: oms illos τ illas q derisiones fecerint vel ipis interfuerint aut auxilium fauorem vel ↄsiliū dederint sententiā excōmunicationis per dictū predecessorem nostrū in contrafacientes ꝑmulgatā incurrere ipo facto/iniūgentes omibus rectoribus ecclesiarū nostrarū ciuitatis τ dyocesis ꝙ proclamādo banna illorū q ad secūdas vel vlteriores nuptias trāsibūt/inhibeāt dictas vel alias consimiles derisiones fieri sub pena excommunicationis antedicta τ emende arbitrarie prout delinquētium facl'tates supportare poterūt nobis τ elemosine nostre applicāde

In titulo de monasterijs priora-
tibus τ religiosis personis.

Tatutū edictum a felicis recordationis domino ludouico de barro cardinali nostro p̄decessore de habitibus cuilibē ordini decentibus deferendis innouamus: declarētes quoscunq religiosos temere dimittentes habitum sue religionis fore τ esse ipo iure excōicatos. Et specialiter oibus religiosis ordinis sancti benedicti iniūgimus ac precipimus quatinus sup̄ eorum vestes superiores flocos aut cucullos iuxta specificationē illius clementine. Ne in agro. de statu monachorum deferent. Et ꝙ sacras reliquias deferendo aut in eorum ecclesijs horis principalibus officiando albis induantur τ ꝙ in suis prioratibus seu administrationibus residentes ydoneum socium sui ordinis secum habeant. τ alia que in dicta constitutiōe Ne in agro. ꝑ animarum suarum salute ac in alijs constitutionibus tam iuris ꝙ̄ nostris τ nostrorum predecessorum τ eorum regulis statuuntur τ ordinantur studiose seruent τ adimpleant vt sic in nullo contra doctrinam apostoli vituperetur eorum ministerium

l 2

Charuari
Inh. t.

Tem ꝛ specialiter ꝑcipimus in omnibus monasterijs et prioratibus conuentualibus de ydoneo magistro prouideri infra proximum festum natiuitatis beati iohānis baptiste sub pena emende arbitrarie dicte elemosine nostre applicāde: q̄ magister habebit instruere in grāmatica nouicios ꝛ alios religiosos eorundem locorum prout in dicta clementina Ne in agro Sacrisq̧ consilijs ac alijs ordinū statutis ordinat̄ ꝛ fieri ꝑcipit̄.

In titulo de beneficijs ecclesiasticis

Enouamus constitutionem domini ludouici nostri ꝑdecessoris articulo sexto: in quo declarat̄ probibitū fore patronis recipere resignationes beneficioꝝ curatoꝝ ad eoꝝ ꝑsentationē spectantiū: ꝛ etiā ipsis beneficiatis eadē beneficia resignare in manibus eorundē patronoꝝ: intimātes ipis patronis q̄ de cetero nō admittemus ꝑsentationes in quibus narrabūt dicti patroni beneficia illa vacātia ꝑ resignationē in manibus eorundē factā ꝛ ꝑ eosdem patronos admissam.

Tem ꝛ similiter reuocamus constitutionem domini karoli de pictauia in dicto titulo de beneficijs ecclesiasticis articulo quinto/ precipientes omnibus qui in nostra dyocesi beneficia ecclesiastica quauis auctoritate d̄ cetero assequāt̄ q̄ infra mensem a tempore assecutionis nobis vel vicarijs nostris fidez faciant de eorum titulis. Prestent etiam iuramentum de canonica obedientia ꝛ alia iuramenta debita. Et hoc sub penis in dicta constitutione contentis.

Tem ꝛ cum de iure ad officium ordinarij spectet videre ꝛ cognoscere qualiter in suis ciuitate ꝛ dyocesi obtinētes plura beneficia/ maxime curata eadem obtineant/ talesq̧ compellere sibi exhibere infra tempus arbitrio ipsius ordinarij pro facti qualitate moderandum ꝛ dispensatiōes si que habeantur sibi exhibere prout latius continetur in. C. ordinarij de officio ordinarij libro. vj. Ea propter precipimus omnibus subditis nr̄is duas vel plures ecclesias parrochiales aut alias dignitates seculares vel regulares obtinētibus q̄ dispensatiōes pretensas quarum medio dictas ecclesias parrochiales seu dignitates obtinēt nobis aut vicarijs nostris infra proximum festum sancte pēthe

costes exhibeant et de eisdem fidem promptaȝ faciant/intimantes omnibus predictis ꝙ cōtra illos qui non fecerint iusticia mediāte procedemus,put in dicto capitulo ordinarij latius ptinet.

Tem vt melius res bona ꝛ iura ecclesiarum ꝛ beneficiorū ecclesiasticorum nostrarum ciuitatis ꝛ dyocesis conseruetur/precipimus omnibus beneficiatis nostrarum ciuitatis et dyocesis etiam simplicibus capellanis quatinus de iuribus exitibus prouentibus ac bonis mobilibus quibuscūqȝ sibi ad causam beneficiorum suorum spectantibus/declarationeȝ sufficiētem in vna papiro habeant ꝛ de eadem ostensionem faciant suis archidyaconis ac decanis in eorum visitationibus. Hoc ideȝ etiam precipimus omnibus matricularijs ecclesiaruȝ parochialium per nostras ciuitatem ꝛ dyocesim existentibus intimantes omnibus predictis ꝙ iusticia mediante procedemus contra illos qui in predictis reperti fuerint negligentes.

Enouamus etiam constitutioneȝ domini karoli de pictauia in dicto titulo de ecclesiasticis beneficijs contentaȝ de nominibus scȝ omnium beneficiatorum in suis beneficijs non residentium nobis ꝛ officiarijs nostris in scriptis tradendis infra mensem per eorum decanos/quibus damus in mādatis vt beneficia omnium non residentium in suis beneficijs qui licentiam nō residendi a nobis minime obtinuerint/ in manibus nostris ponant ꝛ sub ipa teneant ꝛ regant donec aliter per nos aut nostros vicarios fuerit ordinatum ꝛ dispositum

De beneficijs dandis ad firmam

Teȝ eiusdem domini karoli constitutionem de beneficiatis sua beneficia laicis admodiantibus moderantes sententiam excommunicationis ipo facto latam renouamus/inhibentes sub pena excommunicationis ꝛ decem librarum elemosine nostre applicandarum ne hoc idem bñficiati facere p̄sumāt.

In titulo de sententia excommunicationis

Renouamus statutum domini ludouici de barro in articulo vltimo suarum constitutionum contentum circa executionem litterarum excommunicatoriarum omnibus curatis ꝛ rectoribus ecclesiasticis parochialium nostrarum ciuitatis ꝛ

dyocesis districte iniugentes q̃ de cetero cum alique littere excō municatorie quecunq; sint fuerint ipsis presentate/ dūmodo tamen sint debite expedite siue easdez legerint siue non /personas infra nominatas pro excommunicatis teneant nec vlterius easdem in eorum ecclesijs recipiant donec et quousq; absolutorias litteras a nobis seu officiali nostro aut sigillifero reportauerint. Etiam si dicte partes excommunicate ante publicationem denūciationem siue presentationem cum partibus suis concordauerint. Certum est enim q̃ sententia excommunicatiōis de iure trahit secum suam executionem statimq; ligat postq̃ verbo vel scripto debite extitit prolata: nec denunciatio seu publicatio quo ad vinculum predictum aliquid facit. sed sunt dicte partes excommunicate a tempore expeditionis dictarum litterarum. Et quia retroactis temporibus cōtrariuz factum fuisse dicitur omnes et singl'os q̃ sub vmbra tali absoluti tēti fuerūt ad cautelā absoluimus et iniungimus curatis qui hoc fecerunt vel eorum vicarijs et eis sacramenta ecclesiastica ministrauerunt vel coram ipsis celebrauerunt/ quatinus de suspensione et irregularitate sic cōtracta sibi prouideant cauentes ne in dictis periculis de cetero incidant.

Item et quia hominum nequicia superhabundante reperiuntur plures creditores in nostris ciuitate et dyocesi differentes exequi facere litteras excommunicatorias a nobis seu officiali nostro obtentas vsq; ad hebdomadaz penalem seu sanctam et frequentius vsq; in diem sancti pasche/ taliter q̃ de remedio oportuno illi contra quos eesdem littere fuerunt impetrate cōmode pro dicto sancto paschate prouideri non potest. Prohibemus omnibus rectoribus ecclesiaruz parrochialiuz et alijs nobis subditis ne aliquas litteras excommunicatorias recipiant a dominica in ramis palmarum inclusiue vsq; ad secundam feriā post octabas pasche exclusiue. Declarantes excōmunicationem in contrarium factam fore et esse nullam et inualidam et sententias latas fore et esse per nos suspensas vsq; ad dictam diem prout per presentes suspendimus et relaxamus /declarantes tempus predictum non currere pro executione contumaciarum.

Tem et circa sententias excōmunicatorias in aliquos latas firmius obseruandas talesq; excōmunicatos vittandos innouamus tercium.quartum.quintum.septimū.octauū. decimum.et vndecimum articulos constitutionum domini ludouici de barro nostri predecessoris/in titulo de sententiis excōmunicationis:et similiter octauum statutum domini karoli de pictauia in titulo de sententiis excōmunicationū/quos omnes volumus persepe a vobis rectoribus ecclesiarum videri:vt sic parrochianos vestros de et super periculis que incurrunt p sentētiam excōmunicationis informare valeatis.

In titulo de iurisdictione spirituali

Tatuto nostro antiquo addentes/inhibemus decanis iurisdictionem vsq; ad sommam quinq; solidorum ex cōsuetudine habentibus/ne vltra dictam sōmam cognoscant/etiam si partes vltro se submittere voluerint. Decernimusq; et declaramus processum per eos in contrarium factum fore nullū et partem condempnatam etiam si non appellauerit ad parendum sentencie non teneri nec illā cōmodum acquiri seu crescere parti que sic sententiam pro se obtinuerit coram eodem decano

Teꝫ et circa visitationes precipimus omnibus et singulis archidyaconis et archipresbiteris seu decanis q ipsi et eorū singuli infra tres menses post visitationes suas/easdem visitationes tradant dupplicatas sigillifero nostro.

Item per presentes reuocamus omnes et singulos procuratores hactenus per nos seu auctoritate nostra constitutos commissos et ordinatos.

Tem similiter reuocamus omnem facultatem potestatem et auctoritatem absoluendi de casibus reseruatis per nos seu auctoritate nostra quibusuis personis cōcessas:demptis curatis et eorum vicariis/quibus per precedentia nostra statuta facultatem absoluendi a certis casibus concessimus:et confessorem p se eligēdi/quā adhuc vsq; ad sequentem synodum prorogamus et inquantum opus est de nouo concedimus.

Tem similiter reuocamus cassamus et adnullamus oēs et singulas citationes et monitiones generales p nos aut

vicarios seu officiales nostros quibusuis personis ecclesijs aut monasterijs concessas.

Item omnia alia statuta antiqua quibus per p̄sentia derogatum non extitit/approbamus ꝛ renouamus ac etiã obseruari volumus ꝛ mandamus. Et maxime illud per qđ proposueramus ꝛ deliberaueramus generalem synodum nostrã annis singulis hac die in p̄senti ecclesia celebrare/qđ certis obstantibus causis minime facere potuimus. Mãdamusq; omnibus ꝛ singulis qui in eadem comparere tenentur/vt a cetero annis singulis absq; alia euocatione personaliter appareant ꝛ intersint: cum per nos aut vicarios nostros fauente altissimo illã celebrare annuatim infallibiliter intendamus. Quos per p̄sentes exnunc prout extũc citamus ꝛ euocamus.

Item precipimus ꝛ iniungimus omnibus ꝛ singulis decanis ac curatis ꝛ rectoribus ecclesiarum parrochialium nostrarum ciuitatis ꝛ dyocesis: q͂ ipsi decani infra quindecim dies proxime venturos/a scriba ꝛ secretario nostro: curati vero infra mensem a die hodierna computandum/ab eorũ decanis copiam presentium habeant ꝛ recipiant/ipsaq; statuta diligenter studeant ꝛ firmiter obseruent.

Lecta ꝛ publicata fuerunt hec statuta in synodo gn̄ali celebrata die mercurij post Misericordia domini Anno eiusdem dñi millesimo quadringentesimo septuagesimonono/per eundem dominum Guidonem episcopum ꝛ ducem lingonensis.
Et eadem die auctoritate synodali dicti Reuerendi fuerunt denunciati excõmunicati omnes qui in dicta synodo cõparere debent et non comparuerunt: nisi infra quindecim dies contumaciam purgauerint vel de contemptu satisfecerint.

Sequitur tabula

Tabula

